[illegible]
celsis. [illegible] Dñs vobisc[um]
Clemens dñe sctē
pater omnipotens eterne
[illegible]us verbi [illegible]
[illegible]

EXERCITIA QVOTIDIANA mente potiùs quám ore ruminanda.

In gratiam Fratrum. Ord. Minor. S. FRANCISCI regularis obser. edita.

POSNANIÆ,

In officina Ioannis Wolrabi.

Anno Domini. 1626.

Ora pro nobis Beate Pater
FRANCISCE.



Vt digni efficiamur promis-
sionibus Christi.

PRÆFATIO
AD FRATRES eiusdem instituti Ord. Minor. S. FRANCISCI Regul. obser.

PRÆclarissimus ille Phydias statuarius, PP. ac FF. Religiosissimi, tanta artificij dexteritate scutum Palladi elaborauerat, vt in paruo, tám magna, coar-

ftando ſpatio, mirandas in vno eodemq́ penè loco ſculptas effigies ſubtiliſſimè expreſſerit. Simile ſanè quid, huic opuſculo Exercitiorum quotidianorũ adiudicari poteſt. Multorum quidem (fatendũ eſt) præclarorum & pijſſimorum Religioſæ militiæ adſcriptorum virorum, multorũ SS. Patrum, in hac, & ſimili Exercitijs hiſce Spiritu

ali

alibus, tractatione materiarum, frequens numerus extat volumin ̄u, qui Christianæ pietatis virtutumq́; amplexus, túm perfectionis pgressus studio, Meditationū, Contemplationum, aliarumq; piarum Exercitationum farragines collegerunt, & maturo delectu, multa ex optimis quibusq́; (apum Matynarū vel Cecropiarum mo-

re) optima congeſſerūt, multa ex fluentis cæleſti bus, & Diuinarum inſpi rationum theſauris hauriendo, ad vitam optimè perfectèq; inſtituendā, & commentati ſunt, & ea poſteritati transmittendo, æuiternæ memoriæ reliquerunt. Enimverò cùm nō omnes omnia, aſsidua & quotidiana lectione perſcrutari, non, memoria, indagata reti-

nere, & quæ meliora ac instituto accōmodatiora sunt, colligere valeant: eapropter omnibus, & maximè, apicem perfectionis ampliorisq́ue virtutis attingere conantibus haud inutiliter, hæc Exercitia quotidiana spiritualia; emeritis quidē in Religione Seraphica & benehabitis Patribus, usu solito, cōmunia, Tyronibus veró & nouellis

Fratribus, practicæ earũdem exercitationi minús assuefactis, ad Religiosam perfectionẽ, quasi manu ducentia, in lucẽ ꝓponere cõueniens erat. Vbi arcta methodus obtutui ꝓponitur, qua á vitijs prius, per Viã Purgatiuã, emundari, tũ Diuinæ gratiæ splẽdore Illũinatiua Via circũfũdi, ac demũ, Via Vnitiuâ Deo iungi meremur. Vtilitatẽ

igitur Professionis, & profectus spiritualis spe-ctando. hîc breuis Theo-resis ac Exercitij spiritu alis modus, ex varijs probatisq; authoribus nõ nulla superaddendo col-lectus, ad Commodiorem omniũ vsũ porrectus est; nõ noua cõquirendo, cũ sæpè nouitati curiositas plixitasq; admisceatur, sed ea tantũmodo, quæ ad rectũ, vitæ Religiosæ

institutũ, & perfectionis statũ, viã tripartitã demõstrant, eaq́; quæ ab aliis profluẽti tractatione & tẽpori quãdoq; importuna in lucẽ prodierũt, hîc, magna paruo, protensa breui (vt á Calicrate totus Homeri sub grano sinapis, versus descriptus) repræsentantur spatio. Datum in Conuentu Posnaniensi. PP. Bernardinorum Die 5. Martij. Anno D. 1626.

EXERCITIA QVOTIDIANA mente potiùs quàm ore ruminanda.

Accedendo ad meditationem.

1. ÆSTIMA te cernere Deum Patrem in excelsis residentem, roga eum vt auream Sagittam aduersum te dirigat, qua cor tuum amore suo Sancto vulneret.

2. PVTA te videre Deum filium cum vulnerum suo

rum cicatricibus mirificè radiantibus, deprecare eum, vt tuo pectori crucem suam sanguineam imprimat.

3. PVTA te aspicere Spiritum Sanctum sole & luna fulgentiorem, obtestare eum, vt ad te candidam gratiæ suæ colūbam demittat.

Finge denique te ex latere obtueri B. V. Mariam, stellis coronatam, ei cor tuum præsenta vt filio suo offerat.

Imaginare te cernere innumeras Beatorum Spirituum phalanges circumquaq; diffusas, qui ei misterio quod contemplaturus es assistant

Cum profundissima animi submissione eis te commenda, vt tibi suffragentur.

Considera.

SI aliquid lætum vis meditari, mente concipe, te procedere ad nuptias sponsi animæ tuæ.

Si de Passione, quasi exequias celebraturus accede. Pro diuersitate materiæ, diuersos affectus in te excita.

Finiendo meditationem.

IMagineris te cernere á dextris tuis Christum Dominum; á sinistris Sanctam Virginem Mariam, te veró

flagitiosum in medio tantæ societatis.

Prorampe in hæc verba vel similia.

TE adoro ô diuinissime fili cultu latriæ, teque obsecro, vt è vulnere sacri lateris tui scaturire facias, vel saltim vnicā preciosi Sanguinis tui guttulā, qua anima mea purificetur, prius quam hinc abscedam.

Te etiam ô Beatisima Mater cultu Hyperduliæ venerans obsecro, vt sitibundam animam meam, lacte cælestis gratiæ reficias. quare vtriusque virtute, sanguinis

videlicet & lactis roboratus hinc recedo, vestra sacra benedictione ex licentia ô Christe ô Maria, munitus, vt negotiis corporalibus intendam, quæ tamen ita tractare statuo, vt á vobis nunquã cogitatione seiungi, sed iis peractis, quam citissimé licuerit, ad occupationem hanc Religiosam recurrere animus sit, vos mihi quæso auxilio estote, neque me vnquam præsidio vestro destituite.

Veruc; Capuc in Medt. 100.

Exercitium Contritionis.

O Judex supreme æquissime, &

me, & ſuper omnia tremende. Ecce ego viliſſimus & ingratiſſimus peccator coram te ſtans, me totum tibi proſterno, & humiliter confiteor, quia in multis præſertim in his N. N. in te & coram, te peccaui.

Exprime quod defles.

Doleo igitur ſuper his & omnibus peccatis meis, doleo non tàm propter damna & mala quæ incurri, potiſſimum quia te Deum ac creatorem meum offenderim.

Et nunc Domine Deus meus Pater miſericordiarum omnia & ſingula peccata

mea (imo & totius mundi) depono, in cruenta vulnera tua & in preciosum sanguinem tuum proycio, vt ibi per merita Sanctissimæ humanitatis tuæ, nec non per merita & intercessiones Beatissimæ Virginis Mariæ Matris tuæ, & S. N. P. Fran: & omnium Sanctorum ad nihilum redigantur, absorbeantur & expientur.

Et quia dolor meus valde imperfectus, obsecro te, vt per dolores & contritiones cordis tui, tuæque Sanctissimæ Matris compassiones & Sancti Petri, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cæterorumque

omnium, qui vnquam verè pænituerunt lacrymas, quicquid mihi deest benignè & abundanter suppleas & hūc Contritionis veræ actum, in me ad gloriam tuam & salutem nostram perficias.

Propono per gratiam tuam, ab omni peccato abstinere, confitenda confiteri & quamcunque pænam subire. Credo tuæ passionis infinitum meritum (agnosco nullis meis pænitentiis posse me, vel pro minimo peccato satisfacere) itemque velle illud per nos offerri. Ideo nunc tibi & per te, Deo Patri offero in plenam

pro peccatis meis & totius mundi Satisfactionem, quid quid fecisti, & pertulisti, triginta tribus annis nobiscum conuersãdo in terris.
Mich, Const.. Carth.

Præparatio ante Horas Canonicas maximè ante Matutinum.

O Sanctissime Domine Iesu fili Dei & semper Virginis Mariæ, Deus & homo perfectissime, cui & amore seruire & obedire prout tenemur, ita etiam desideramus.

Tu cum patre & Spiritu S. vnus es Deus, vnus es Dominus quem laudant Angeli an-

li ante cuius conſpectumBe-
atiſſima Virgo Maria, o-
mnesque Angeli & Sancti
tui, cum ſumma humilitate
& reuerentia procidunt, teq;
iugiter adorant, atque ſeſe
totos in omne obſequium
tuum in tempore & æterni-
tate, reſignatiſſima volunta
te offerunt, ac impendunt.

Ego autem viliſſimus ter
ræ vermiculus & peccator,
qui nihil habeo præter innu-
mera peccata, tibi ſoli planè
cognita, propter quæ, non
ſolum ſum indignus nomen
tuum inuocare, ſed etiam di-
gniſſimꝰ, quem in infernum
deiicias, vel certe. velut im

mundum á te repellas. Sed quia tanta eſt dignatio & benignitas tua, vt digneris & velis á me licet indigniſſimo laudari ideo non ex aliqua præſumptione, aut quæſitione mei, ſed ex hac ſola dignatione, vt voluntati & beneplacito tuo obediam, multum deſidero id nunc facere, & ne indignus te laudem, quoniam non eſt ſpeciosa laus in ore peccatoris.

Obſecro te, per tuam cum Patre & Spiritu Sancto inſeparabilem vnitatem, intuitionem, & dilectionem, & fruitionem, & per merita Sanctiſſimæ vitæ & mortis tuæ,

nec non per merita& inter cessiones genitricis tuæ, vt nos in Sacrosancto sanguine tuo, ab omnibus peccatis abluas, atque de tuæ passionis infinito thesauro, plenam satis factionem pro peccatis nostris Deo Patri offerens, eum nobis placatum reddas, & ex hac hora vsque in sempiternum nos suscipias, in domesticos & seruos tuos, nosque in omnibus per suauissimumSpiritum tuum & Angelicum ministeriũ dirigas, sicut magis expedit ad honorem tuum & animarum salutem. Quod vt dignè fiat, adiuua, vt has ho-

ras, cæteraque huius diei & totius vitæ nostræ exercitia, purè propter te tuumque honorem ac beneplacitũ, suauissimum cor & Spiritum tuum, deuotè inchoare, prosequi, & perficere valeamus. In vnionem perfectissimæ laudis, qua altissima Trinitas seipsam laudat, In vnione feruentissimarum orationũ, quæ tu benignissime Domine Iesu, ac deuotissima Mater tua & omnes beati hîc quondam in terris fecistis, & nunc in cælo peragitis In vnione omnium bonorum operum, quæ in Ecclesia tua ab omnibus fide

libus tuis facta sunt, fiunt & fient. In vnione sensuum quos intendit Spiritus Sanctus, iuxta intentionem Ecclesiæ. Ordinis nostri, nostramque specialem deuotionem.

Ad, Super Sanctissimæ Trinitatis tuæque Crucifixæ Humanitatis, supremam Latriam, Tuæque Matris Hyperduliam, ac Beatorum Angelorum, omniumque Sanctorum duliam, animarum existentium in purgatorio refrigerium, Ecclesiæ necessitatem, nostrum profectum & salutem atque obligationem, denique pro omnibus

pro quib⁹ orare tenemur, & Sanctiſſima maieſtas vult á nobis exorari. Ecce tibi offero omnes quas perſolui & perſoluturus ſum Horas Canonicas, vna cum ſponſa tua matre mea Sancta Eccleſia. Idem Carth.

Breuior ante D. officiũ.

DOmine Ieſu Chriſte ego humiliter pro tuo honore & amore obedire, & tibi fideliter vſque ad mortem ſeruire, tęque purè ac deuotè laudare deſidero, in vnione illius perfectiſſimæ attentionis ac deuotionis, qua tu Patrem oraſti & laudaſti in terris

adiuua me gratia tua quia sine te nihil possum.

Meditatio sub diuino officio matutinali.

Svb primo nocturno tria, in horto.

Iesum, { A Iuda traditum, A Iudæis captum, In Hierusalē tractū

Svb secundo nocturno, meditaberis in domo Annæ, Tria.

Iesum, { De discipulis interrogatum, De doctrina examinatum, In maxilla verberatum.

Sub tertio nocturno, in domo Caiphæ, tria.

Iesum, { In facie velatum, Consputum, Colaphisatum.

In laudibus meditaberis, quinque salutaria passionis Christi, in cellario:

1. Intrusionem Christi Domini in carcerem,

2. Locationem in sedili carceris, Christi Domini.

3. Alligationem eiusdem in carcere ad columnam, per collum.

4. Velationem faciei, cōsputationem, percussionem.

5. Multorum horribilium ludibriorum sustinentiam

idque tota nocte, & a vilis-
ſimis ac ebrioſis perſonis.

Vel ſub primo pſalmo laudum: Creationem tuam, cum gratiarum actione humillima, recogitabis,

Sub ſecundo: Redemptionem, inuitando omnia ad laudem Dei, per Iubilate Deo omnis terra.

Sub tertio: vocationem ad religionem, in terra deſerta, & in aquoſa in ſancto apparui tibi.

Sub quarto, beneficia in religione accepta, vocationem, ſatisfactionem, promotionem, ad omnia: ideo Benedicite &c.

Sub vltimo, promissionē Regni cælestis: ideo Laudate Dominum &c.

Sub officio Primæ meditaberis.

1. Adductionem ad Pilatum ignominiosam.
2. Accusationem Iudæorum clamorosam.
3. Missionem ad Herodem probrosam.

Sub martyrologio.

Examen Pilati, ad instantiam Iudæorum.

Sub Tertia.

1. Remissionem Domini, ab Herode ad Pilatum ludibriosam.

2. Correctionem & Coronationem, & vestem purpuream dolorosam.

3. Decretum & sententiationem, ad mortem turpissimam, & inauditam.

Sub Sexta.

1. Crucis baiulationem ponderosam.

2. Matris Dei ac fæminarum lachrimationem lamentosam.

3 Ad crucem affixionem probrosam.

Sub Nona.

1 Post trium horarū pensionem, mortem acerbissimam.

2. Lateris apertionem, cum effusione sanguinis & aquæ totius, profundissimā.

3. Totius creaturæ, compassionem vehementissimā.

Sub Vesperis.

1. Depositionem corporis Christi lugubrem:

2. Virginis beatæ, corporis diuini in gremio suo collocationem funebrem.

3. Ablutionem corporis Domini, celebrem.

Sub Completorio verò.

Aromatibus conditum Dominum, suauiter.

Deductionem eius, ad sepulchrum lamentabiliter:

Sepulturam eius, & lapidis impositionem dolenter

In fine Completorii, in recessu ex Ecclesia.

B. Mariæ virginis abscessum, & omnium piorum de monte Caluariæ orbatum.

Recommendatio Horarum.

SVperbenignissime IESV Domine Deus meus & omnia, gratias ago tibi pro

tuis & Sanctorum tuorum vigiliis, laudibus & orationibus & in earum vnione offero in cor tuum has meas & fratrum meorum totiusque Ecclesiæ tuæ vigilias, laudes & orationes tibi, acceptúm referens, si quid in iis bené actum est, & in veritate agnoscens ac humiliter confitens, quia in multis te offendi, quæ omnia simul eum peccatis cæteris meis (totiusque mundi) humillimè peto, in sanguine & vulneribus tuis ablui, in igne amoris tui consumi, & ex abiisso misericordiarum tuarũ suppleri, desiderans & in te pro-

 ponens

ponens prædictos defectus diligentius vitare, & omissa supplere, ac obsecrans, vt nostræ seruitutis obsequiū digneris in cor tuum susci pere, tuis & Sanctorum lau dibus & orationibus adiun gere, supplere, & acceptare, perficere, & sic vnitum Patri tuo offerre, in omnigenam hostiam, ad super Sanctissimæ Trinitatis, & tuæ Crucifixæ humanitatis Supremam gloriam, tuæque Matris & omnium Angelorum & Sanctorum honorem nostramque & omnium pro quibus tu vis aut tenemur vel intendimus salutē præ

sentem

ſentem ac perpetuam.

Breuior poſt D. officium.

BOne IESV propitius eſto mihi peccatori abominando, ego tepidum & diſtractũ ſeruitium meũ commendo mellifluo cordi tuo emendandum, & perficiendum, tibique ipſum offero ad ſalutem animæ meæ & omnium fidelium, in vnione illius perfectiſſimæ attẽtionis, qua tu Patrẽ oraſti, & laudaſti in terris. Reſponde quæſo ſatisfac & ſupple pro me pleniſſimè. Carth.

Effusiones cordis mane ante primam mente potius quam ore faciendæ.

Cromb, Societatis Iesu.

I. Benedictionis Petitio.

OMnipotens æterne Deus, Pater adorande Pater colende &c. quod filij mane parentibus deferre solent & vere debent vt eis bene nimirum precentur, idipsum facturus ad uenio, & vt digne faciam, prostrat⁹, tuam Sanctam benedictionem supplex postulo, vtque delicta omnia mea quæ lubente,

confi-

confiteor; eum vero emendationis proposito mihi ignoscas demissé peto, atq; ne pollutus & indignus accedam in plenā remissionem pro peccatis meis offero tibi acerbissimam mortem dilectissimi filij tui, omnesque labores & dolores Sanctissimæ Matris tuæ & SS. Patronorum N. N. atque omnium electorum tuorum.

2. Adoratio. Adoro te itaque cum profundissima qua possum humilitate, ex intimis cordis mei, Deum meum, trinum in personis, vnum in essentia, agnoscens te esse summum bonum &

factorem omnium, cuius est vita qua viuo, esse quo fruor á quo dependeo, sine quo ne momento quidem subsistere possum. Tibi ergo sit Suprema laus ab omni creatura & à me etiam Vilissimo peccatore. Quod si mihi tot vitæ forent quot in mari guttæ, quot arenæ grana, quot in cælis stellæ, quot atomi in aere, omnes illas maiestatis tuæ obsequio libentissimè consecrarem. Si tot mihi corpora, quot puncta in corporibus quantitate præditis, illa omnia Seruitio tuo maniciparē, si tot mihi animi ac voluntates, quot

foliorum motus ac animo-
rum,quot lineæ,quot denti-
culi, quod lineæ foliis, o-
mnes eos tuæ voluntati sub-
mitterem, Huncque actũ in
æternum continuare cupio.

3. Gratiarũ actio.

Gratias ago altissimæ maie-
stati tuæ,pro vniuersis bene-
ficiis tuis Vniuersæ Creatu-
ræ tuæ in cælo & in terra
collatis & conferendis, præ-
cipuè vero Sanctissimæ Ge-
nitrici tuæ in cælo & in ter-
ra,atque Sanctissimæ huma-
nitati tuæ collatis, & quæ
ego pauperculus humuncio
de Sanctissimis manibus tu-
is ab exordio conceptionis

meæ in hanc vſque horam ſuſcepi & ſuſcepturus ſum, in tempore & æternitate, præ- ſertim etiam, quod me hac nocte ſaluum & incolumẽ conſeruaueris & ab inſidiis inimicorũ viſibiliũ protexe- ris Angeloque Sancto cu- ſtodiendum commiſeris.

4. **Petitio.** Itidem ſupplico ô Pater miſericordi- arum, quin ex toto corde pre cor, vt me etiam hodie, imo & reſiduo tẽpore vitæ meæ in paternam tutelam aſſu- mas, in viam mandatorum tuorum dirigas, atque iis me S. Spiritus chariſmatibus dones tantumque decorem

animæ meæ (& omnium fidelium) concedas, quatenus Sanctiſſima maieſtas tua concupiſcere & conferre poteſt, & vult quo gratum obſequium tibi exhibeã vocationi meæ per omnia reſpondendo.

5. Oblatio. Offero me tibi Deo ſalutari meo, quicquid ſum in anima & in corpore, in tempore & æternitate, vt de me & per me fiat Sanctiſſima voluntas tua, in proſperis & aduerſis, lætis & amaris, honorificis & contemptibilibus, da vt abſque omni retractione cordis. &c. Offero tibi quicquid mente

ore, opere, gestu, contrectem illud cedat ad laudem nominis tui, idipsum enim cupio, vt omnibus in rebus tibi soli placeam, Quod vt semper faciam tu memorem me facito, & si id vel occupato, vel ex infirmitate, aut obliuione exciderit, tu promptissimæ huius certéque voluntatis ac resolutionis rationem habere digneris. Offero tibi merita Domini nostri Iesu Christi. B. V. M. inflammata corda SS. Angelorum, veteris & noui testamenti merita Sanctorũ omnium. Offero omnes laudes & sacrificia, quæ per o-

mnem orbem offeruntur, quæque vnquam mortales obtulerunt offerentque æternis sæculis. Opera, labores, tribulationes, persecutiones iustorū, quibus omnibus voluntatem meam adiungo ac vota, & particeps fieri cupio. In optatis mihi est omnium rerum esse multiplicitatem infinities ac in linguas ardentissimorum Seraphin conuerti, vt saltim partem aliquam magnitudinis tuæ, attingant, attolant, ac glorificent in sæcula.

Renouo ac repeto.

Omnia vota quæ vnquam emisi, desideria Sancta quæ

habui, ac ea tibi reddo, offero ac consecro. Reuoco autem. Omnes prauas affectiones, conceptus, passiones, quæ vel olim vel etiã recenter in me exortæ sunt, & totum me tibi restituo vtinam sine ruga, sine macula.

6. Actus fidei. Credo Domine quicquid per Ecclesiam Romanam credendum proposuisti.

7. Actus Spei. Ne timore nimio ex consideratione peccatorum concepto, nimium diffidat animus, spẽ omnem meam in tuã boni-

tate, meritisque Domini mei Ieſu Chriſti repono.

8. Actus Charitatis.

Diligam te etiam Domine Deus meus, totis viribus meis, tota mente, totaque anima. Doleo, me nō maiori ſenſu erga te affici, quicquid tamen ſit de ſenſu, diligo te toto corde.

9. Act⁹ obedientiæ.

Obediam legi tuæ, vocationi meæ, ad mortem vſque, quam paratus animus lubenter excipiet, pro Religionis, honoris què tui amore ac conſeruatione.

10. Protestatio.

Quod si fortè per imprudentiam vel malitiam, inaduertentiam, quicquam cogitauero, dixero, fecero, quod beneplacito tuo repugnet, corā te Domine totaque cælesti curia, præter & contra voluntatem meam fieri protestor, si aliter acciderit, miserere Domine, & cadentem subleua, & ne id contingat propter bonitatem tuam obtestor te misericordissime Pater, vt me præuenire digneris in benedictionibus tuis, & me tanquam rem tuam in tempore & æternitate posſideas & regas.

II. Propositum

Propono Deus meus in præsentia tua & Sanctissimæ Virg. Mariæ Matris tuæ, & Sancti Angeli Custodis, Sãctissimi Patris Francisci, & Aduocatorum meorum N. N. quod studiosissimè hodie, & reliquo tempore vitæ meæ, in eradicandis omnib⁹ quidem vitijs, ex anima mea, potissimé tamen hoc vitio N. acquirenq́; contraria illi virtute N. incumbere velim, vt animam meam speciosam iuxta beneplacitũ tuũ in cõspectu suo cõstituã Cõfido n auxilio gratiæ tuæ, ô creator meus, quia per meipsum nihil perficere pos-

ſum. Vobisq; ô Patroni mei ſtudia mea commendo. Bagnal Conuet.

12 Obſecratio

Fateor ô Pater & Domine mi, non ſum ego dignus hac paterna cura tua, nulla enim merita mea ſunt, quibus ego fretus tale quid á te petam. Sed ecce mecum adduco vnigenitum filium tuum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, in quo tibi bené complacuit, hunc mediatorē conſtituo inter me & te, hic eſt Pontifex Summus, hic propitiatio pro peccatis meis. In huius igitur faciē reſpice ô Pater, & pro

Pter iustitiam filij, parce pec tatis famuli, & quod mea non merentur opera, id eius abundè merentur vulnera, Eum tibi ô Pater offero, in Sacrificiũ, vt odore eius suauitatis delinitus, mihi concedas ex misericordia quod non debetur ex iustitia. Granatens.

Conclusio Exaudi ergo deprecationem meam Domine Deus meus & concede, quod non tantum mihi, sed ad promouendam gloriam tuam postulo, meritis Domini Iesu Christi & precibus Beatissimæ Virginis Mariæ & S. Francisci, omnium q; electorũ tuorũ Amen.

EXERCITIVM VESPERTINVM Seu oblatio Serotina.

1. *Gratiarum actio.*

O Piissime humani generis parens Deus æterne, immortales tibi ago gratias, pro collatis mihi indignissimo beneficijs. Tu enim Pater benignissime, vt aliquando cælestis illius patriæ compos esse possim, ad imaginem tuam me creasti, immensis laboribus & doloribus ex inferni faucibus eripuisti, & vitam æter-

nam. Si præceptis tuis morē gesſero promiſiſti, quod ad Sanctam Fidem Catholicam, extra quam non eſt ſalus, inſuper ad Sanctam Religionem traxiſti, ago etiam gratias pro beneficijs hodie mihi á Sanctiſsima liberalitate conceſsis.

2. *Petitio gratiæ ad cognitionem peccatorū.*

Accedat hodie ad tantum cumulum, & illud quotidianum beneficium, vt quicquid hoc die cogitando loquendo, operando, peccaui. per cordis tui contritiones quæſo, omniumq; verè

pænitentium lachrymas, ad hoc me illumina, vt poſsim recolere peccata mea coram te, & compunge, zelo iuſtitiæ ſuccende, ad faciendos dignos pœnitentiæ fructus.

3. Examen conſcientiæ.

De quo ſupra, 1. conſidera Quomodo cor cuſtodieris á cogitationibus. 2. Inquire, verborum defectus. 3. Diſcute opera, in quibus commiſsione & omiſsione peccare potuiſti.

4. Petitio Veniæ.

Confiteor delicta mea, & dole

doleo, quod te Sanctiſsimū Patrem & Dominum meum clementiſsimum offenderī & nunc, da, Pater benigniſsime, vt ab ijs omnibus vitijs, Sanguine vnigeniti filij tui expiatus, tuis donis & gratijs, non ad nominis tui probrum, & meam perniciem, ſed ad gloriā tuam, meamq; & proximorū ſalutem vtar, obſecro per viſcera miſericordiæ tuæ, dona mihi poſcenti veniam delictorū, ſisque mihi propitius peccatori.

Poteris addere exercitium Conetritionis.

5. Propositum Emendationis.

Propono per gratiam tuam confitenda confiteri, & pænam quám volueris subire, statuo maiori diligentia vitæq; emendatione, commissa & neglecta compensare, atq; oro; vt si hac nocte hinc me discedere velis, pro tua misericordia mecum agas. Sin vero diutius vitam meam prorogare cogitas, gratiam largiaris, sobrié, iuste, in omni humilitate, patientia, obedientia, castitate, Sanctaq; paupertate perfecté & pie viuendi in hoc

sæculo, in omnibus bonis operibus, vsq; in finem alacriter perseuerare.

Recomendatio operum diei ad B. V. M.

O Super piissima Virgo Maria Mater Dei & nostra singularis Domina & Aduocata, ô Sanctissimæ Trinitatis Sacrarium, Angelorũ speculum, Scala Sanctorum omnium, tutum peccatorum refugium, Suscipe in maternum cor tuum, vniuersum nostræ seruitutis obsequium, quod ego indignus (ac tui, ac mei speciales) hodie & hactenus obtulimus,

& quicquid in eo male actū est, excusa & emenda, quicquid neglectum supple, si quid vero bene gestum est, adiunge tuis meritis, & filio tuo acceptum redde, eidemque illud offer, pro nobis gratias age, atq; misericordiam optatam nobis & pro quibus orare intendimus impetra, nosq; omnes in maternam tuam custodiam suscipe, atq; ab omni peccato & periculo, ab omni mētis & Corporis impuritate, ab omni malo nos protege & præserua, & in morte tuū nobis placatū ostende filiū vultūq; gratiosū. Amen.

Const. Carth.

Ad omnes Sanctos.

O Sancte Michael, ô S. Angele custos meus, omnes & singuli Spiritus Angelici, & Sancti huius diei, Patroni mei N. N. & omnes electi Dei, obsecro, vt ignoscatis nostris irreuerentijs, horumq; omnium veram emendationem impetretis: & vniuersum seruitutis nostræ obsequium, quod ego & hactenus obtulimus in thuribula aurea affectionum vestrarum suscipiatis, & quod male actum est, emẽdetis, quod neglectum suppleatis, & si quidem benè

gestum, adiungatis vestris laudibus & ministerijs, gratumq́; & acceptum Deo illud reddatis, ac gratias eidem pro nobis referatis, optatamq́; veniam & misericordiam nobis impetretis, & nos in hora mortis suscipiatis, atq́; ad claram Dei visionem & securam possessionem, fruitionem & laudē vobiscum perducatis. Amen

Ad Dominum Iesum Christum. Carth.

O Super benignissimè IESV ex affectu pijssimæ Matris tuæ & omnium Angelorum, Sanctorumq́; om-

nium per ſuauiſsimum cor tuum, amore & lancea trãsfixum, gratias ago tibi pro omnibus beneficijs Matri tuæ, ac omnibus Angelis & Sanctis tuis collatis & conferendis, & ſpecialiter quod nos hodie à multis malis & periculis præſeruaſti, & ad multa bona excitaſti. Verũ fateor, quia nihil tua maieſtate dignum egimus, propter quod te humiliter obſecramus, vt per manus Matris tuæ Mariæ, & Angelorum, Sanctorumq; tuorũ vniuerſum ſeruitutis noſtræ obſequium, in cor tuum ſuſcipias, & quicquid vitioſé

egimus, in sanguine tuo emundes ac ignoscas, quicquid negleximus suppleas, si quid boni egimus illud velut tuum suscipias & Deo Patri in Spiritu Sancto offeras, in omnigenam hostiã, nobisq; optatam gratiam dones, ac de cætero ab omni peccato & periculo nos præserues, ad omnia tibi placita excites & confortes, & in morté nos defendas, & post, tuæ gloriæ nos participes facias. Amen.

Ante somnum oratio.

Domine IESV Christe, fac me requiescere super

pectus tuum, & da mihi trahere anhelitum tuum, de Sanctissimis vulneribus tuis, vt Spiritus tuus Sanctissimus influat in animam meam, atq; rursus totum Spiritum meum in se trahat, in se absorbeat, atq; inseparabiliter sibi vniat. Lan. Carth.

Modus superandi tentationes.

I. Punctum Eleua mentem, ad considerandum quid Christus Dominus fecit & passus est quo á peccato nos elongaret. V. G. Quantum se humiliauerit,

vt mortificaret in nobis appetitum voluptatum. Superbiæ, Acediæ, Iræ, Odij &c. vel prout tentatio seu vitium se offert.

2. Imaginare CHristum Dominum quasi pendentem & rogantem te, ne denuo renoues eius plagas, ne iterum spargas eius sanguinem, qui pro te effusus est, consentiendo tentationi, seu vitio, Hæc verba poterit considerare vel Christi amantis, quemadmodū quilibet plus se sentiet affici & moueri.

3. Considera Eun-

dem

dem Christum tanquam potentissimũ adiutorem, qui promptissimus est, ad opem ferendam, dum modo tibi diffidas & illi soli confidens postules eius auxilium.

4. Cõcepta fiducia Vertas te ad Iesum de nouo, & per orationem obsecrabis vt te defendat per misericordiam suam, & per merita suæ Sacratissimæ Humanitatis, nec non per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ & omnium S S.

Semota tentatione.

1. Consideratio

CHristum Dominum (vt supra) tibi aſsiſtentẽ, & omnibus actionibus tuis tibi præſentiſsimum.

2. Conſideratio

Illum ſicut Teſtem, Iudicem, Remuneratorem, & Caſtigatorem operum omnium, & cogitationum noſtrarũ.

3. Conſideratio.

Illum tanquam ſummum Deum & Parentem cuius charitati & beneficentiæ maximè ſumus obligati.

Plurimum iuuat hoc exercitium.

EXERCITIVM PRACTICVM VIRTVTVM.

Conſtans tribus partibus. Antequam quidq; moliaris, mentē in Beatiſsimam Virginem Mariam, & Sanctos Patronos eleua, vt pugnam tuam ſuo fauore proſequi velint, adhibe itaque.

I. Diſcurſum Cuius beneficio mentem ſubleues in Deum, vt ex conſideratione turpitudinis vitij N. N. vel pulchritudinis virtutis N N. aſsumptæ, profectum ac-

cipias Cogita. Quod huius vitij N. iniquitate, gratia Dei, gloriaq́, paradiſi ſpoli eris & ad inferni ſupplicia detruderis, & malitia tua in die Iudicij in oculis totius mundi apparebit. Vel, Virtutis N. aſſumptæ naturam, quam ſpecioſa in oculis Dei, quanta conferat bona homini, neq; á conſiderationibus iſtis reſilias, donec accenſum affectum, vel odij contra peccatum N. vel feruorem amplectendæ virtu- N. in te ſenſeris, & iſte eſt diſcurſus.

2. Reflexione ſeu ſeuera repræhenſione,

etiam verbis exterioribus adhibitis, animam inuade, & errorem admissum exprobra, vt ad remedium quam primum conuolet, vel in virtutem acquirendam feratur amore.

3. **Comple hoc exercitium.** Actu voluntatis bonæ elicito, renunciationis ac detestationis vitij N. vel amoris & desiderij virtutis N. semper memor, quod vitio pœna debeatur, Deoq; displiceat. virtuti vero N. præmium Deoque placeat.

Medi

MEDITATIONES.

IN SVMPTIONE CIBI.

Capella Carthuſ.

Die Dominico.

Et faciet Dominus exercituum, omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuiũ vindemiæ pinguium medullarum, vindemiæ defæcatæ &c. Iſaiæ 25.

Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis ſuper mẽſam meam in regno meo Luc. 22. Bea-

Beati qui ad cænam nuptiarum Agni vocati sunt. &c. Apoc, 19.

Inebriabuntur ab vbertate domus Dei & torrente voluptatis potabis eos Psalmo 36.

1. Considera.

Cælestem illam mensam quam Deus iustis præparauit in cælis, vbi panis qui eis manducandus proponitur, ipse est Deus, cuius visione beatificantur, ex huius panis esu, ita satiantur & quietantur, vt nihil amplius desiderare queant.

2. Gratias reddemus

Quod tam ingentia bona in cælis nobis præparauerit, eaque nobis promittat, & ad ea ſperanda & deſideranda nos excitet, ſufficiens etiam auxilium pro iiſdem bonis acquirendis ſuppeditat.

3. Pudore ſuffundemur. Quod cum Deus nos creauit ad manducandum panem Angelorum, hoc eſt, ad Deo perfruendū, nos potiùs delectati fuerimus cibis irrationabiliū beſtiarum, illiſque nos pauerimus, vt propter illos ſæpè expoſuerimus nos periculo amittendi cibum æternæ beatitudinis.

4. Rogabimus Dominum. Vt nulla ratione permittat nos foras eiici, è cæleſti conuiuio, ſed illis nos adnumeret, qui ad mēſam illius accubituri ſunt, etiamſi nouiſsimi & minimi futuri ſimus.

5. Offeremus Deo Patri. merita IESV Chriſti Redemptoris noſtri, cum meritis omniū Sanctorum, vt illis interuenientibus locum aliquem nobis præbeat in regno ſuo. Offeremus etiam nos metipſos ad tolerandum omnem famem, cæteraſque præſentis vitæ mo-

lestias, ne æternam satieta
tem & domus Dei requiem
amittamus.

Feria Secunda.

Oculi omnium in te sperant Domine Psal. 144. Qui dat iumentis escã, ipsorum & pullis coruorum &c. Psal. 146. Omnia á te expectant vt des illis escam in tempore opportuno, dante te illis colligent &c. 103. Respicite volatilia cæli quæ non serunt neque congregãt in horrea & Pater vester cælestis pascit ea Matt. 6.

1. Considera. Quanta cum bonitate ac liberali

tat

tate Deus omnes creaturas alat, ita vt ne formicæ quidem, aut minimi vermiculi, nec deniq; inimicorum suorum, eorum videlicet qui in peccatis mortalibus viuunt, obliuiscatur, singulisque suam partem largiatur.

2. Gratias refer Deo. Quod nos sustentet, quodque hactenus cũ omnibus creaturis nos sustentauit.

3. Pudore suffundere. Cõsiderando nos indignos esse pane quo vesci

mur, & potu quem bibimus, cum serui invtiles & nullius frugi simus in domo Dei.

4. Roga Deum
Vt nobis donet veram in cibo & potu sobrietatem ac temperantiam, ne in manducando aut bibendo excedamus, & ita corporale alimẽtum sumamus, vt corpus tantum modo ad seruitium sustentetur, non autem vt vires capiat, ad rebellandû Spiritui.

5. Offeremus Deo nos. Ad priuationem, ob

amorem illius, quarumcunque deliciarum corporaliũ, ſolumq; rerum neceſsariarum vſum, & etiam ad patienter tolerandum harum neceſsariarum oblationum.

Feria Tertia.

Beati qui eſuritis nunc quoniam ſaturabimini Lu. 6. Pauperes eius ſaturabo pan. Pſ. 131. Edent pauperes & ſaturabun. Pſ. 21. Comedite amici bibite & inebriamini chariſsimi. Cant. 5.

1. Conſidera, DEum in præſenti vita electos

ſuos gratia ſuſtentare, quibus illos ita reficit ac ſatiat, vt Regũ & Principum diuitiæ ac voluptates, cum illorum opibus ac voluptatibus comparari non queant.

2. Gratias agamus Deo, quod creaturis ſuis ſe tám liberaliter communicat, quas ad menſam ſuam inuitat dicens. Comedite & bibite amici chariſsimi & inebriamini, imò de oſtio ad oſtium tranſit, vt vocet illas ad conuiuium hoc, ac proinde alibi ait. Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis

mihi aperuerit cænabo cum illo.

3. Erubescemus Quod cæleste hoc manna flocci fecerimus ac spreuerimus eaque alia & cepas Ægypti hoc est sensuum voluptates prætulerimus.

4. Precabimur Deum. Vt nobis cælestem hunc panem communicet, faciatq; vt nunquam animabus nostris desit.

5. Offeremus nos Deo. Ad sustinendum quācunque famem ciborum

corporeorum, ne nobis vnquam desit cælestis ille cibus sine quo anima nostra deficit, ac fame moritur.

Feria Quarta.

QVam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo Ps. 118. Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me Psal. 22. Sapientia ædificauit sibi domum miscuit vinum &c. Prou. 9. Venite comedite panem &c Ibid.

1. Considera. Quã opulenta & omnibus die-

bus abundans sit mensa diuinarum literarum, quam Deus intra domum suam, hoc est Ecclesiam præparauit, in qua omnes conueniunt ad cibum, nō tantū magni sed etiam parui, ibi enim imbecilles teneris cibarijs, adulti veró quibus maius est animi robur, solidis cibis, hoc est doctrina perfectionis pascantur.

2. Gratias referemus. Deo, pro ingenti beneficio quo nos afficit, quod animas nostras hactenus pauerit, & nunc etiam pascat cælesti doctrina, nō

fundata in ratione naturali, quæ ſæpé fallitur, nec in Philoſophorum & mundi ſapientum, qui in multis errant aſſertione, ſed in ſũmi Dei, qui errare aut falli nequit, quique eſt ſumma & prima veritas, authoritate, quia is nobis ea reuelauit.

3. **Pudore ſuffundere.** Quod tám parui æſtimauerimus, beneficium hoc, quodq́; tám negligentes extiterimus in fructu inde percipiendo. Si enim Ethnici, maximi fecerunt & valde ſuſpexerunt

oracula Apollinis falsi & fraudulenti Dei? Quanti te facere decet oracula, veri & æterni Dei qui nec fallere nec falli potest.

4. Rogabimus Deum. Cum Propheta, vt, reuelet oculos nostros, id est velum ignorantiæ ab oculis nostris amoueat, aspectumque nobis restituat, vt considerare valeamus mirabilia legis eius, & de illo cælesti pane manducare, qui in mẽsa diuinarum litterarum nobis manducandus proponitur, ne sit nobis panis tanquam in penario reclusus.

5. Offeremus Deo Intellectum nostrum Maiestati suæ submissum, ad credendum omnia, quæ in diuinis litteris nobis reuelauit, & voluntatem nostram perpetuam, ad obtemperandum omnibus, quæ in eisdem nobis præcepit & consuluit.

Feria Quinta.

PAnem Angelorũ manducauit homo Psal. 27.

Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius Sanguinem non habebitis &c. Ioan, 6.

Qui manducat meam carnem ibid.

Hic eſt panis qui de cælo &c. ibid.

1. Conſidera. Quã mirabilis & diuina ſit illa menſa, quam Deus in Ecclesia ſua collocauit, videlicet, Sanctiſsimi Euchariſtiæ Sacramenti, in qua manducandum nobis datur corpus, & bibendus offertur calix ſanguinis Chriſti.

2. Gratias agemus Pro tám immenſo beneficio quod etiam Angelicos Spiritus, in admirationẽ & ſtuporem trahit.

3. Pudore ſuffundemur. Quod obliti fuerimus comedere panem hunc, corda hominum cõfirmantem, quodquè ſine vlla præparatione atq; deuotione ad cæleſte hoc manna acceſſerimus.

4. Rogabimus Vt nobis continuam cæleſtis panis huius famem largiatur, nobisq; interiorem deuotionem conferat, quoties ad Dominicam hanc mẽſam accedimus.

5. Offeremus. Do-

mino cor nostrum vt illud per augustissimum hoc Sacramentum in se transformet, vt mundo mortuum illi soli viuat.

Feria Sexta.

DEderunt in escam meam fel & in siti mea potau- &c. Psal. 68. Repleuit me amaritudinibus inebriauit me absinthio. Thren. 3.

I. Expende. Mensam illam doloribus, supplicis, felle & aceto refertam, quam ingrata Iudæa Christo suo Saluatori parauit, quamque Christus nostri a-

more volens, lubensq; gustauit.

2. Gratias referemus ei. Quod acerbissimos cibos nostri causa gustare voluerit, vt nobis cælestem dulcedinem promereretur, nosque ab æterna amaritudine damnationis in Inferno præparata liberauerit.

3. Erubescemus. Quod postea quam Christus semel pro nobis in cruce fel gustauit, nos ei toties fel peccatorum nostrorum gustandum obtulerimus.

4. Precabimur Deum. Vt nobis lachrymas compaſsionis largiatur, quibus ea, quæ pro noſtra redẽptione paſsus eſt, deflere valeamus, atque illæ ſint nobis panes die ac nocte, quibus cibos noſtros ex recordatione ſuppliciorũ eius, permiſceamus.

5. Offeremus nos Deo. Ad tolerandum omnem amaritudinem, omnesq; dolores quantumuis acres pro illo, qui noſtri amore tanta perpeſsus eſt, & ſupplices eum rogabimus,

vt nobis semper det calicem suum ad bibendum, quia non decet, vt sub capite spinoso, membra delicata sint.

Sabbatho.

IGnis & sulphur & Spiritus procellarum pars calicis eorum. Psal. 10.

Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguetur. Mar. 9. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem illius in fronte sua, aut in manu, hic bibet de vino iræ Dei, quod est mixtũ mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure

in conspectu Angelorum Dei,

1. Considera. Quã terribilis & horrenda mensa illa, quam Deus in inferno instruxit peccatoribus, vbi cibabuntur omni quæ cogitare potest amaritudine, vbi Diues auarus, vnam aquæ guttam, quâ linguæ ardorẽ refrigeret postulat, & ei nõ datur.

2. Gratias agemus Deo. Quod necdum in inferno constituti simus, cũ illud toties promeruerimus, quoties mortale peccatum admisimus.

3. Pudore suffundemur. Cōsiderando quā paruum in nobis timor harum terribilium pænarum fructumfecerit, cum certissima fide credentes, Deum, has peccatoribus pænas præparasse, ipsum tamen sceleribus offendere valeamus!

4. Precabimur Deum. Vt configat timore harum pænarum carnes nostras, eodemque nos pascat, vt si ad duritiam nostram expugnandam non sufficit cōsideratio bonitatis, & beneficiorum quæ nobis præsti-

tit, & quotidié præstat, saltim á peccatis harum pænarum timor nos retrahat, cohibeatque.

5. Offeremus Deo Patri. Dolores & amaritudines quas Christus in Passione gustauit, dolores etiam Beatissimæ Virg: Mariæ, & omnium Sanctorum Martyrum, vt per illos à sempiternis tormentis, quæ damnati patiuntur in Inferno nos liberet.

SEQVVNTVR ALIÆ, MEDITATIONES IN SVMPTIONE CIBI.

A R. P. Mariani Postękalski.

Die Dominico.

ANtequam comedam suspiro, & tanquam in vndantes aquæ, sic rugitus meus. Iob. Quia esca primum parentem spoliauit felicitate paradisi, & in vallē eiecit miseriarum. Esca perdidit totum genus humanū. Esca priuauit primogenitū

benedictione. Electos Iſrael impediuit ab ingreſſu terræ promiſſionis, etiam nunc infinitos Epulones præcipitat.

Timere debeo ne mihi idem contingat, Sic in diebus Noë, edebant & bibebant, & venit diluuium & perdidit omnes.

Feria Secunda.

EN me ad ſuam menſam vocat Christus, quæ ſibi oblata ſunt, mihi donat liberaliter, præſente & inſpectante, & per ſuos miniſtrãte famulos.

Ad ſumendum cibum ac-

cedo, an dignus sum tali Domini mei dignatione? Sed qui pascit suis manibus, me aspicit edentem de cruce, pendens pro meis scelelribus. Heu quale cibi mei condimentum!

Feria Tertia.

PAnis hic, est panis peccatorum, peccata redimentium. Ego ne, tot meis criminibus oneratus pro infinitis forsan alienis, obligationē satisfaciendi subibo? At quomodo nō subibo, si panē hunc edo & potū bibo.?

Est panis tribulatorum, infirmorum, periclitantium,

proinde hic proponitur, vt illorum miseria subleuetur, At quis ego sum? quæ mea oratio? quæ deuotio, vel meritum? Quæ charitas & patientia? vt vel laborantes liberare, vel peccata illorū delere, aut aliquod auxilium præstare valeam? Securus ne ad mensam accedam Domine miserere.

Feria Quarta.

PAnis hic, est panis mortuorum, pro animabus oblatus. vel in cælo iam triumphantibus, & me (an vtar an abvtar) inspectantib9, & iudicium appellantibus.

Vel in purgatorio, pænis grauissimis satisfacientibus, & datis his eleemosynis opẽ implorantibus.

An ego subibo obligationem satisfaciendi pro illorum pænis?

Vel oblatus pro animabus iam forsan damnatis & in inferno cruciatis, & Deum, & seipsas, & has eleemosynas non iam proficuas maledicentibus. En panis pro redimendis inferni pænis sed frustratus; An auide sumẽdus? an mihi gratus? an superflue? cum risu, ioco, lætitia, securitate, edendus? Ille qui dedit qui eo vsus est,

omnibus dimiſſis, pænis æternis adiudicatus, & qui eo abuſus, luit æternaliter. Sumne ego ſecurus? Domine miſerere dele iniquitatem.

Feria Quinta.

PAnis proponitur, cuius nec ego nec monaſteriũ, nec ipſa Sacra Religio habet dominium, & panis datus ad vſum alienum, & cum pauperem, & ſtrictum.

An me effundam? an id, quod non mihi conceditur vſurpabo? Quomodo malè vſurpato ſatisfaciam? An ſimul & dantis intentionem,

& meam professionem violabo?

An non id potius vendere est, vel tradere primogenita, hoc est meipsum & animã pro cibo? iure ergo antequam comedam suspiro. Ne proijcias me domine á facie tua.

Feria Sexta.

Ecce mihi offertur corporis refectio, sed simul & animæ cibus, Regula scilicet, vel Sacra lectio, Esca ventri & venter escis, Deus autem hunc & illum seneré perdet.

Proponitur cibus qui non

perit, virtutis temperantiæ exercitium, & occasio magni meriti & satisfactionis pro meis & benefactorum peccatis, Imminet & mihi eadem tentatio quâ parens periit & perdidit omnes. Recordor hac die primum parentem liberatum, sed hac de causa Deus & Saluator meus felle & aceto potatus.

An pro tali Saluatore ventrem constituam Deum? Innoua Domine Spiritum Sanctum in visceribus meis.

Sabbatho.

DAtur signum, insignis Domini mei liberalitatis &

prouidentiæ, Quid deest ijs quos mittit sine pera? & qui relictis omnibus ipsum sequuntur? en ipse docet sequentes se, primū quærere regnum cælorum, qui hæc adijcere promisit, & vt id præstarem, in discipulorum numerum me adoptauit, ad suam mensam me vocauit, cibum per benefactores præparauit, suis famulis, & aliis me melioribus, ad mensam mihi seruire iussit, sed me vocat ad meliora æterna per ieiunium. Extendat igitur dexteram suam pro me perforatam, & impleat pro temporalibus, æterna benedictone.

Aliæ in Sumptione Cibi.

Die Dominico.

1. Meditare. Quomodo Christus Dominus post resurrectionem, in habitu peregrini apparuit euntibus discipulis in Emmaus, ibiq; in fractione panis cognitus ab illis.

2. Considera. Quomodo in littore Tyberiadis cum discipulis, piscib⁹ vescebatur, suauiter eos inuitans, venite & prandete. Io. 21.

3. Conſidera.

Cænam illam magnam, quã fecit quidam homo, & beatitudinem eorum, qui edunt panem in regno cælorum.

Feria Secunda.

1. Meditare In vlnis Virginis lac ſugere puerum IESVM, quæ cogitatio ſuauem tibi cibum reddet.

2. Conſidera.

Menſam Domini IESV ieiunantis in deſerto, cibumq; illi miniſtrantes Angelos.

3. Conſidera.

Menſam Domini paruuli fu-

gientis in Ægyptum, tùm Matris eius Sanctissimæ, nutritijq; eius Sancti Ioseph non obliuiscaris.

Feria Tertia.

1. Meditare Christum Dominum in nuptijs Chana Galileæ conuiuantē, Matremq; illius Sanctissimā intercedentem & dicentem. Vinum non habent.

2. Considera.
Eundem Christum Dominū apud Matthæum prandentē, ibiq; Magdalenam recipientem, & dicentē. Remittuntur tibi peccata multa.

3. Confidera.

CHriſtum Dominum apud Zachæum manentem & comedentem, ibiq́; mirabilia operantem; circa Zachæum, dicentem: Domine dimidium bonorum meorum &c. Cui dominus, Hodie huic domui ſalus á Deo facta eſt, eo quod et ipſe &c.

Feria Quarta.

1. Conſidera.

Quomodo fatigatus Chriſtus ad puteum ſedit, potũque á Samaritana petierit, eique prædicauit.

2. Consídera.
Dominum in domo Simonis, & quám benignè Magdalenam receperit, eique peccata dimiserit,

3. Consídera.
Christum Dominum apud Socrum S. Petri. manducantē & sanantem Socrum eius.

Feria Quinta.

1. Consídera.
Quomodo 5. panibus 5000 hominū satiauit in deserto

2. Consídera.

Dominum ſpicas colligentem in agris cum Apoſt. ijſdẽque, ſe reficientem.

3. Conſidera.

Cænam illam, quando S S Euchariſt. Sacram. inſtituit.

Feria Sexta.

1. Conſidera.

Crucifixionem Chriſti Domini in monte Caluariæ.

2. Conſidera.

Chriſtum Sitio clamantem, eique fel & acetum á Iudæis porrectum.

3. Consídera.
Mensam B. V. M. dum deposito corpore filij cænauit.

Sabbatho.

1. Consídera.
Quomodo Dominus in Bethania á Martha & Magdalena exceptus.

2. Consídera.
Gaudium SS. Patrum in Limbo, dū Saluator ad eos descendit, dicentium; Aduenisti desiderabilis.

3. Consídera.
Timorem iudiciorum dum Diues epulabatur & condemnatur. &c.

MODVS FACIENDI ORATIONEM MENTALEM quæ diuiditur in tres partes. *Bagnal.*

In præparationem, & Meditationem, & Conclusionem, seu colloquium.

Pro præparatione tria præmittentur.

1. Humilitas. Actus humilitatis facilè exurgent ex diligenti consideratione humanæ abiectionis, & Diuinæ maiestatis. Rex e-

nim gloriæ atq; infinitæ potentiæ, cum supplici oratione adeundus est, ab hominibus vilissimis, verme miserrimo, peccatore ingratissimo.

2. Oratio Ad Deum Opt. instituatur, quæ ejusdē gloriam affectus in meditatione requirendos, & alios fructus personæ & tēpori conformes intendat, Id autem expetitum B. V. M. S. Angeli Custodis & S. Aduocati auxilium singulariter promouebit.

3. Compositio loci Locus ita per imaginati-

onem componatur, vt mysterii ad meditandum assumpti, actionibus præsentem te adesse existimes. Si tamen id beneficio imaginationis fieri poterit, quemadmodum in vita & passione Saluatoris contigit.

In ipsa meditatione tria præstanda.

I. Consideratio.

Personarum, Verborum, & Actionum. Personæ, verba, & actiones meditationis materiam concernentes diligenti animo euoluantur. Res exemplo passionis Do-

mini illustrior erit, in qua persona illius inspicienda est. Cogitando, Quis sit ille qui patitur? Rex gloriæ, Dominus dominantium. Quid patitur? Crucis ignominiam & mortem. Quomodo? magna cū obedientia, humilitate, & patientia, amore. Quam ob causam? ob incredibilem charitatem. Pro quibus? Pro ingratissimis hominib⁹, qui sæpius enormitate peccatorum, delictorumque suorum illius patientiam ad vindictam prouocarunt.

2. Excitatio affectuum. Ex personis, ver

bis, & actionibus, de uoto animo agitatis, diuersi affectus eruantur. Et quidem in via Purgatiua. Compassionis, Confusionis, Contritionis, & doloris peccatorum In via Illuminatiua. Imitationis, & Desiderij virtutum Obedientiæ, Paupertatis, Castitatis, Humilitatis &c. In via Vnitiua. Amoris Diuini, & Charitatis in Deum, Proximumq́; atq́; sic est nobilissimus orationis mentalis fructus.

3. Resolutio efficax. Efficaces concitatæ voluntatis resolutiones, & determinationes fiant ad co-

mendandum executioni bonas intentiones, vt ea quæ affectus dictauit, effectus excipiat. Quod est ab omnibus sollicitè inuestigandũ.

Conclusio seu colloquium tria requirit.

1. Gratiarum actio

Gratiæ Deo Opt: soluantur, quæ ad omnia se beneficia extendant, sed maximè ad illud, quod ex meditatione peracta relatum est.

2. Oblatio Cogitationes, verba, omnesq; actiones. cum totius homi-

nis resignatione, præsertim meditatio facta, in delictorum compensationem Deo beneficentissimo offerātur.

3. Petitio. Beneficia Dei, gratia, conditionesq; hominis dignæ, è cælo precibus perquirantur, Deoq; pro Ecclesia militante, & Religione propria, animabus in purgatorio detentis, vt omnes conuertantur infideles ad fidem, & alijs necessitatibus, tàm Spiritualibus, quám corporalibus denotissimé rogetur:

In omni meditatione, anima producat hos duos fructus.

Actum seu effectum, & Affectum, aliás meditatio inutilis.

Via purgatiua hæc est.

Per quam vitiosos habitus extirpamus, inclinationes peruersas corrigimus, & animam á sordibus peccatorum emundamus.

EXERCITIA

Seu meditationes viæ Purgatiuæ.

De fine huius in quem crea
tus. Quomodo per pecca
tum recessit á Deo.

De nobilitate animæ, qui
ex nihilo ad imaginem D
creata.

Quam defædata per pec
catum.

De paradiso eiecta.

Exul in terra facta.

De grauitate peccatorum
in genere & specie. V. G.

Superbiæ, Gulæ, Auari
tiæ, Iræ, &c. Vt odium
con: illa excitemus in no
bis. Propositum ea vitand
acquiramus.

De mortificatione tám cir
ca mortalia, quám veniali
peccata.

Modus Contritionis frequẽtandus.

De quatuor nouissimis.

Morte. Iudicio bonorum. & malorum. Inferno, Paradiso.

De vanitate mundi.

De miserijs vitæ.

De Breuitate eiusdem.

De recto vsu bonorum temporalium, maximé pro sæcularibus.

De Passione Domini, inquantúm grauitatem peccatorum ostendunt.

Effectus seu actus Viæ purgatiuæ, qui omnibus vijs deseruient hi.

Proponere velle, nolle, offerre, Petere. Laudare, Gratias agere, & alij similes.

Deinde Examen fiat ad tollendas negligentias, quæ circa exercitia accidêre.

Affectus Viæ Purgatiuæ III.

DIsplicentia, dolor, & detestatio peccatorum.

Timor iustitiæ, & iudiciorum Dei. Pauor pœnarum Inferni.

Odium & cõtemptus sui ipsius.

Pudor & confusio de propria vilitate, & Diuina offensa.

Com-

Compassio, Christo in patibulo crucis, alijsq́; doloribus afflicto. Confusio iterata, de proprijs peccatis, quæ ad mortem passionemq́; acerbissimam Saluatoris animum impulerunt.

His itaq́; præfixis, Aliter in principio affectuum, aliter in progressu, aliter propè finem procedendum est, vt suauiter fructuoséq́; dilatentur, Quod si in quocunque modo gustũ spiritualem senserit, in illo, omissis alijs immoretur.

Modus dilatandi affectus Viæ Purgatiuæ.

Exemplo Contritionis aff-
matur.

Atq; in Principio 3. facienda

1. **Petitio.** Postu-
landum humiliter á Domi-
no Deo, vt ille intensissim
dolorem veramq; displicen-
am omnium delictorum in
spiret, quæ, quibuscunqu
damnis in vita mortali con-
tingentibus præferantur.

2. **Consecratio**
Postulatio obsecratione ex-
cipiatur, Deusq; omnipotē
pro dicto peccatorum dolo-
re, per immensam bonita-
tem suam, per infinitam m-
sericordiam, per crudelissi-

mar

mam Vnigeniti filij passionem & mortem deuotissime obsecretur.

3. Desiderium.

Excitetur ardens Hoc deflendi omnia peccata, quibus Diuina maiestas toto vitæ transactæ tempore offendi potuit.

In progressu tertio.

1. Reprehensio.

Iustissimis reprehensionibus contra seipsum insurgatur, quod contra Deum creatorē omnium delictum sit, neq; magni damni loco habita offensio munificentissimi Pa-

 tris

tris, quasi tanta iactura nesciretur.

2. Admiratio.

Admiratione maxima animus absorbeatur quod huc vsque nihil boni profectum sit in nobis, & licet fontem aquæ viuæ habeamus, lutosas tamen, & plenas peccatorum sordibus, cisternas fodimus.

3. Interrogatio.

Graues expostulationes cõtra seipsum, animaduersionesq́, seueræ in sensualitates depromantur, Neque enim alius fructus peccatorum superest, quám pudor,

confusio, & longissimi, amarissimiq; planctus perpetua occasio.

In fine itidem tria.

1. Exclamatio.

Ad supremum Iudicem gloriæq; cælestis præpotentem regem exclametur, quod â multo tempore peccata dissimulârit, neque nocentem deuorandũ ab abysso Inferni & flãma, cõdemnârit.

2. Confirmatio

Indignitas maxima confirmatione exageretur, Cũ nocentissimus peccator indignus sit qui terram pedibus

premat, oculis pulcherrimũ cælum contẽpletur, luce di ei fruatur, sed propter admissa delicta perpetuis lachrymarũ imbribus perfundi debeat.

3. Propositum.

Firmo proposito & efficaci in vindictam peccatorum asperitas, plurimaq́; in obsequentis carnis mortificatio assumatur, & mortis potius dispendium, quám neglectis præceptis Diuinis, Regula, Constitutionibus que Dei offensio eligatur.

Idem modus dilatandi

affectus etiam viæ Illuminatiuæ & Vnitiuæ mutata materia deseruiet.

Aspirationes seu Eiaculatoriæ viæ purgatiuæ.

AGnosco clementissime IESV innumerabilia scelera mea, eaque tibi confiteor cōdona illa: Ignosce misericordissime Iesv ignosce & infunde mihi contritionē intensissimam vehementemque, qua ex omnibus medullis meis peccata mea dolens lugeam.

Da mihi benignissime Iesv per cor tuũ vulnere & amore sauciatum, emendationem vitæ meæ, qua omnia quæ tibi placita sunt faciam.

Via Illuminatiua hæc est.

In qua quisque verarum virtutum luce, mentem suam illustrare, easdemque illi inserere exoptet, quod proficientes concernit.

EXERCITIA
Viæ Illuminatiuæ.

Consideratio quomodo

Dominus euocat ad tollendam crucem.
Abnegotionem & Imitationem sui.
Ad reformationem interioris hominis.
De necessitate malos habitus tollendi.
Modus superandi tentationes frequentandus.
Practica exercitia virtutum consideranda.
De mortificatione, vt moriamur, mundo, carni.
De mortificatione in prosperis & aduersis.
Considerationes de eligendo statu vitæ pro sæcularibꝰ.
Exercitia resignationis.

Renunciationis. abnegationis Indifferentiæ frequentanda.

Meditationes de passione Domini inquantum sunt exemplar totius perfectionis.

Heroicæ virtutes Domini IEsv considerantur vt ibidē.

Possunt deseruire meditationes de Beneficijs Creationis, Redēptionis, Vocationis, Conseruationis, Præseruationis, Iustificationis. Vocationis ad Religionem Sacram.

Sacratissimi Sacramenti & aliorum Sacramentorum.

Affectus viæ Illuminatiuæ sunt.

DEſiderum virtutum, ac quirendiq́; illas voluntas ac imitatio earumdē, vt Humilitatis, Obedientiæ, Paupertatis, Caſtitatis &c.

Actus qui ſupra in via Purgatiua.

MOdus dilatandi affectus præſcriptus pro via Purgatiua. etiam hîc ſeruiet.

Aſpirationes viæ Illuminatiuæ.

SAnctiſſime Pater propter immenſam bonitatem tuam, & propter amantiſſimū filium tuum qui ad mortem

ſe humiliauit amore mei. Concede mihi hanc gratiã, largiaris mihi profundiſſimam humilitatem. Domine meus ego deliberato mecũ ſtatuo animo, tua me adiuuante gratia, Humilitatem ſeu N. diligere atq; ſectari. Ne permittas clementiſſime Ieſu ſponſæ, vt vitiũ N. in cordis mei cubiculo nidificet.

Via Vnitiua hæc eſt.

QVæ animam per amorem Deo vnit, conformatiſq; Diuinæ voluntati omnibus actionibus eius, in illum transformare curat, quod perfectis, proprium eſt,

EXERCITIA
Viæ Vnitiuæ sunt.

1 Modus Contemplandi Deum in ipso Deo, qui Vocatur, Motus circularis.

2. Modus considerandi in scriptura vel creaturis, & dicitur, Motus rectus.

3. Modus contemplandi Deũ in creaturis, in Genere.

4. Modus contemplandi Deum per creaturas in singulari, & dicitur Motus obliquus

5. Meditationes de Diuiuinis perfectionibus, de æternitate Dei, de bonitate

& Sanctitate eius.

De Summa propensione bonitatis Dei ad communicandū se omnibus, quā sit amabilis Dei bonitas.

De infinita Dei misericordia. De infinita Dei erga homines, bonitate, De immensitate Dei & præsentia eius in rebus omnibus. &c.

Affectus Viæ vnitiuæ.

Amor, Dei Complacentia in diuitiarum attributorumque eius infinito thesauro. Lætitia de immensa Dei gloria, coniuncta desiderio maximo., vt Devs optimus in omnibus creaturis operibusq;

busq; ſuis per totum mundum glorificetur. Gratiarũ actio pro omnibus beneficiis ex ſua liberalitate acceptis cum oblatione propriæ volũtatis & voto, vt eidẽ omnes obſequantur. Deſiderium illi ſoli placendi, meritamq; in omnibus Maieſtati ſuæ exhibendi gratitudinẽ.

Admiratio immenſitatis Diuinæ. Adoratio Deitatis. Recognitio Dominij, ad voluntatem ſuam totum orbẽ gubernantis. Confidentia in ipſius miſericordia & bonitate infinita. Laus, gloria &c. ſimiles.

Actus vt ſupra.

Modus dilatandi affectus iuxta regulas viæ Purgatiuæ; mutata materia.

Aspirationes seu Eiaculatoriæ Viæ Vniuiuæ.

Diligam te Domine Deus meus, vt solus me possideas, vt me totum in te absorbeas atq; transmutes.

Domine Devs meus da mihi toto corde, pleno desiderio, sitiente anima, ad te aspirare.

Sanctissime Deus vulnera & accende cor meum tuo amore castissimo.

Trahe benignissime Domine

mine, omnia mea deſideria poſt te, vt anima mea ad te indeſinenter ſuſpiret, tui amore ardeat, & mundana omnia faſtidiat.

O Domine excita cor meum, vt inueniã te, poſſide cor meum, vt requieſcam in te, & obliuiſcar omnium quæ extra te ſunt.

Modi conſiderandi præſentiam Diuinam.

1. Devs, perfectiùs eſt, in mundo toto, quam ſi eſſet anima mundi. Greg. Hom. 8. in Eze.

Vnus viuificat omnia quæ

Devs creauit, qui vbique eſt & vbique totus,

2. Deum eſſe quaſi lumen quoddam infinitum, omnia penetrans, non tamen incluſum quodq; á nulla re excludi poteſt.

3. Omnia in Deo eſſe vt piſces in mari, vel vt ſpongia S. Aug. lib. 7. Conf. Cap. 4.

4. Tanquam ſi mare eſſet vbique & vndiq; per immenſa ſpatia infinitũ & haberet intra ſe ſpongiam quamtũ libet magnam intra ſe, ſed finitam, plena eſſet ſpongia illa omni ex parte. Sic Crea-

turam tuam te infinito plenā esse dicebam.

5. DEvs in creaturis per præsentiam, potentiam, essentiam, omnia operatur quibusdam esse, alijs viuere, alijs intelligere, dat.

6. Apparatu regio in cælis. Isa. 6. Apoc 1. & 19.

7. Animam nostram esse templum Dei.

8. Spectator & remunerator certaminum, strenuos vt coronet, ignauos vt puniat.

9. Tanquam rex in toto regno, etiamsi in loco definitiué, potestas tamen eius extenditur per totum.

Quomodo ad mortem nos præparare debeamus.

Taul. 2. Præp. ad mortem.

PRIMO, Moriturus ab omnibus rebus caducis ac tẽporalib⁹ auersus, cũ omnib⁹ viribus totoque affectu, ad cælestem Patrem suum, quo ipsi vniatur, atq; terram promissionis sese conuertat, vehementer sitiens atque desiderans, illic ipsi pro ineffabili bonitate illius, gratias agere, & laudare, perenne Sacrificium immolare.

2. Nihil omnino quibuslibet bonis operibus suis quæ se meminit peregisse innitatur, sed firma fiducia in Saluatoris nostri merita dignissima, profundissimūq; immensæ misericordiæ illius pelagus, & durissima vulnera eius, cum vniuersis peccatis suis & negligentijs sese immergat, inclinabitque, atque demittet.

Hæc itaque peccatorum enormitati, & districto Dei iudicio opponere debebit, ne in desperatione profundissima mergatur. Et maximé curandum est, vt tota deuotione Sacramenta su-

per quæ merita CHristi impertiuntur cum proposito non peccandi.

3. Non metu pænarum infernalium, aut alias ex quouis seruili timore se peccasse dolebit, sed quod fidelissimum Patrem, Pijssimumq; Dominum suum, á quo tot tantaque se meminit beneficia percepisse, innumeris malis cogitationibus, verbis, operibus, ac negligentijs offenderit, id maiori ipsum dolore afficiet, quam pænæ omnes, quas peccatis suis promeruerit. Hæc enim ex amore nascitur.

4. Immobiliter firmiterq;

ac ſimpliciter Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ fidei inhærebit, in humili ſubiectione ac obedientia ſub paſtoribus atq; doctoribus, quià tēpore Apoſtolorū nunc vſque eandē gubernarunt, nec dubiis quibuslibet reſpondere aut cū ipſis diſceptare, cōſentiat,

5. Scipſum, vt hoſtiam viuam ad ſummā Dei gloriam pro acceptiſſima eius voluntate offeret & reſignabit ad ſufferendum patienter ex vero amore purè ad honorem ipſius, nec vlla alia ex cauſa, omnem languoris acerbitatem, ipſam mortis amaritudinem, omnem deniq;

pænam in tempore & æternitate, quam Dominus ipsi mittere volet, ita vt si pro voto mille adhuc annis, & vltra in omni carnis suæ voluptate viuere posset, pro Dei tamen amore & gloria mortem potius subire velit. Qui si sic, ex amore cũ perfecta sui resignatione, ad omnem pænam pro diuinæ iustitiæ honore sese tranquillo animo offerat, neq; Purgatorium neque Infernum subibit, etiam si solus omnia peccata totius mundi commiserit.

6. Passionem amarissimã mortemque acerbissimam

Domini Saluatoris, eiuſdē-que ineffabilem charitatē, illam ſibi proponens, Spiritum, animam, & corpus ſuum, cum feruenti Spiritu, afflicta anima, ſaucioque & afflicto corpore, illius, vnire curabit ſimulque cum ipſo, in cruce morietur, & Spiritum ſuum in manus cæleſtis commendabit Patris, immenſæ miſericordiæ eius tota fiducia innitendo, & in fide Catholica ſimpliciter moriendo. Cor quoque ſuum in patulum cor Saluatoris, afflictaque membra ſua, in eiuſdem Sacratiſſima vulnera, & morientia mem-

bra commendabit, ſeſeque totum ad moriendum mundo perfectè & omnibus peccatis, ſolique Deo deinceps viuendum, ſponte offerret.

7. Denique Cum Sacro inungitur Oleo, corde Deum rogabit, vt Sanguis & aqua quæ ex mortuo atque confoſſo illiꝰ corde promanarunt, & in Sancti Olei vnctione deſignantur, nobisque impertiuntur, pauperem ac nudam animam ſuam, ab omni vitiorum ſorde abluere, ſacratisque virtutibus ac meritis ſuis, ita eam veſtire ac exornare dignetur, vt citra confuſionem, ſuo atq;

Angelorum conspectui præsentari mereatur, & hoc facto securè moriatur.

Possunt hic adiici meditationes de Venerabili & Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

Feria Secunda.

1. Magnus Dominus qui supra Cherubin &c. confūdere de vilitate tua.

2. Puaperrimus homo. Quid faceret pauper si Rex veniret ad eum.

3. Gaudium quo exceptus

in vlnas B. V. & S. P. Fran. colloca eum in corde.

Feria Tertia

1. Homo cælum quoddam est quod Pater Filius, & Spiritus S. in habitat. Confundere de abiectione tua.

2. Reliquiarum Corporis & Sang, IEsv. appone custodiam cordi tuo.

3. Affectus Simeonis quãdo in vlnis reposito Christo, cecinit. Nunc dimittis.

Feria Quarta.

1. Efficitur Mater Christi sponsa, & frater Domini filius V. Mariæ.

2. Corpus Chriſti tangit arnem noſtram: ſi virtus de imbria exibat & ſanabat! quid vero de corpore IEſu?

3. Dei hoſpitium eſt. Martha, Magd: S. Ioannes non ſunt digni vt ſoluant corrigiam calciamenti eius; quid tu facies?

Feria Quainta.

1. Alter Chriſtus per imitationem, relinque veterem hominem. Viuo ego &c.

2. Templum Dei quomodo colitur in Eccleſia, Ita tu cum Angelis eum lauda

3. Accede frequentius,

quia tentationes debilitan-tur peccata veró declinantur

Feria Sexta.

1. Affectum Christi consid. Veni columba mea in foraminibus petræ.

2. Honorantur loca in quibus SS. conuersabantur: Renoua vota, Cor para.

3. Latroni paradisus offertur, existima cor tuum Caluariæ locum esse.

Sabbato.

1. Aspice latus perforatũ, applica ei os tuum, vt haurias gratiam.

2. Vide exanimem Chriſtum in manibus Sanctiſſimæ Matris, Saluta vulnera:

3. Defle cum Magdalena ad pedes Domini peccata tua.

Die Dominico.

1. Munda ſindone Dominus inuolutus tu, vero confitere.

2. Mariæ vnxerunt corpus IEsv tu quoq; virtutum aromata procura.

3. Quomodo Chriſtus victor per Reſurrectionem, vide vt reſurgas á peccatis:

Bagnal.

EXERCITIA

Pro opportunitate quacunq; diei hora exercenda.

Directio intentionis ante quodlibet opus

BOne IEsu in vnione omnium laborum & sudorum tuorum, & in vnione charitatis tuæ, quà pro nobis labores suscepisti & triginta tribus annis tolerasti. offero labores & omnia opera mea.

Quando inter opus te aridum sentis, dic.

SCio bone Iesv quia propter peccata mea mereor tua gratia destitui, & derelinqui á te & id quatenꝰ pæna est de manu tua paterna lubens suspicio; verumtamen doleo quod te offenderim, doleo quod ad subtractionem Diuini influxus tui causam dederim, obsecro per viscera pietatis tuæ, vt peccata mea ignoscas & adiuues, vt quod propter te cæpi, per te & tecum perficiam in vnione omnium operum

tuorum ad tuam gloriam & omnium ſalutem.

Peracto opere.

Bone IEsv hunc laborem tibi gratum faciant omnium electorum tuoru labores ac ſtudia amore tui facta, quæ in ſuauiſſimo corde ſimul vnita tibi & per te Patri tuo offero in gloriam tuam & omnium ſalutem.

Exiturus inter Homines.

Amantiſſime Domine Iesv omnes ſenſus & vires animæ meæ, omnia mem-

bra corporis mei, totumq́; corpus meũ cõmendo tibi, & hæc custodienda recondo in vulnus illud gratiosissimũ cordis tui, vt tu ibi ab omni peccato & affectione vitiosa conserues, omniumq́; actuum ac cogitationum mearũ sis tu principium & finis.

Cum Reuerteris

O Vnica consolatio, & requies animæ meæ Domine IEsv Christe, nunc omni creaturæ abrenũcio, & ad te o dulcissime Iesv me cõuerto teq́; omni prædesiderabili præ eligo, suscipe & possi-

de me per gratiam tuam, trahe me in te, & fac vt inauertibiliter quiescam in te.

Ante Lectionem.

DA mihi Domine Iesv sedium tuarum assistricem sapientiam, quæ intellectũ meum illuminet, cor meum purificet, & affectum inflammet ad cognoscendum, & amandum te Dominum meum, in omnibus & super omnia.

Post Lectionem.

Clementissime Pater, per Vnigenitũ tuum obse-

cro te, da mihi gratiam (hanc inspirationem si à te sit) & omne beneplacitum tuum perficiendi.

Ante Prandium.

DOmine IEsv CHriste, in vnione amoris quo hæc mihi commoda præstitisti & eisdem olim in terris propter me vti voluisti, da mihi eadem, tali gratitudine, timore, ac temperantia sumere, vt tibi sit gloria, mihi verò ac omnibus, quibus & per quos ministras, salus prouenìat æterna.

Inter Edendum aſpiratio.

AMor tui dulcis Iesv, cor meum repleat & inebriet, vt extra te nihil cōcupiſcam, nil me afficiat, nihil delectet, tu ſolus mihi placeas, ſolus ſis deſiderium meum, gaudium, refectio, & delectatio mea.

Ad Potum

VIrtus igniti amoris tui Bone Iesv, me totum in te rapiat & abſorbeat, & carnalis concupiſcentiæ æſtum ſitiq́ꝫ inanis gloriæ, penitús in me extinguat.

Modus abnegationis quando ſentis te ad aliud affici, quàm id quod Deus vult.

SVperamamandiſſime Iesv, libenter quidem hoc nunc ex propria voluntate agerem, ſed quia tu non vis vt iſtud faciam, ideo tui amore meipſum abnegans, tibiq; obediēs, relinquo proprium velle. Adiuua me quia ſine te nil boni poſſum.

In rebus dubijs conſulturus Superiorem vel Patrem Spiritualem.

Amantissime Domine Iesv, quia vis vt te in Superiore meo (seu Patre Spirituali) super hoc dubió consulam & audiam, ideo tui amore volo humiliter, fideliter, & deuotè consulere, & quidquid responderit, quasi ex ore tuo prolatum, reuerenter suscipere, & amanter, simpliciter, fideliter & integrè implere, te adiuuante & donante.

Post acceptum consiliũ.

SVpercolendissime Domine Iesv, Sanctissima Virgo Maria, gratias ago, quod de-

disti mihi te consulere in Patre meo, & ex eo intelligere voluntatem tuam ideò tui amore volo, & per te firmiter propono, eam fideliter hilariter, ac integrè implere, in vnione tuarum obedientiarum, ad gloriam tuam, & salutem nostram,

Si in re dubia, timorata conscientia, obedire trepidat, deposito Scrupulo Dic & Fac.

DOmine Iesv Christe, Piissima Virgo Maria, quãquã conscientia mea mihi in

hac re contradicat possibile tamen hoc ex timore, suspicione, aliauè passione euenire, me enim possum ignorare, & peccare rebellando. Quid enim si fortasse Superior vel alius (quod puto) aliter meliusq; atque ego hanc rem, quæ me latet sen- serit, ideo proprium sensum posthabeo & contemno, & obedio, si iuxta voluntatem tuam Pijssime Iesv Beatissi- ma Virgo Maria, est, quod Prælatus iubet, quomodo credo & accipio, libenter faciens facio quod iubet. Porro si contrarium esset tuæ voluntati quod iubeor,

etiam faciens non facio, quia te offendere non intendo.

In rebus dubijs si non habes Patrem Spiritualem quem consulas Dic.

BOne Iesv, pijssima Virgo Maria, libenter nunc alicuius Patris Spiritualis consilium, si liceret in hoc dubio sequerer; Sed quia non habeo, tu obsecro, consultor sapientissime, quid me vis facere consule.

Hic delibera conside-

rando quid gratius Deo sit & Dic.

BOne Iesv, gratias ago tibi, quod dedisti mihi te consulere, & ex te intelligere, quid sit tibi in hoc dubio acceptiùs, obsecro te, vt per Spiritum tuum, Angelicumq; ministerium, dones mihi illud aggredi & perficere amanter, fideliter, & perseueranter, in vnione operum tuorum; ad tuam gloriam, & nostram salutẽ, adiuua ô Christe ô Maria; resignas me nihilominus ad aliud faciendum, si aliud tibi magis placere ostenderis.

Si deliberatione facta dubius hæres, dic cum reſignatione ad aliam partem.

BOne Iesv, deſidero in hoc negotio, quidquid gratiùs eſt, ſcire, & ex amore implere quod cum ignorē, nec alium liceat conſulere, vel iſtud differre, ecce hanc partem (quam tibi non diſplicere arbitror) aggredior, & ſequor; reſignando me, & paratum offerens ad ſequendum aliam partem, ſi eam tibi magis placere, intellige-

rem. Adiuua me & imprudentiam meam excusa, atq; quod aggredior, tuis operibus adiunge, & acceptare ad gloriam tuam & salutem nostram.

Si in aliquo dubio semel ex Deo aut Patre Spirituali intellexisti quid sequendũ, noli iterũ super hoc deliberare.

BOne Iesv, Pijssima Virgo Maria, quia iam consuluisti in hoc (vel simili dubio) quid sequendum, nec noua ratio suadens aliud aperté

occurrit, tibiq; infidelitas & instabilitas displicet, ideo volo propter te, & per te propono id quod iam consuluisti, aggredi & perficere simpliciter, sine noua discussione, & fideliter, absque vlla dubitatione implere & perficere, Adiuua me & doce, quia sine te nihil boni scio vel possum.

Si videris Deo placere, vt delectabile ad quod inclinaris sumas, Dic.

BOne Iesv, Pijssima Virgo Maria, & si ex propria voluntate ad hoc incliner libē-

ter tamen tui amore ab hoc abſtinerem, vt fructus abnegationis aſſequerer, ſed quia arbitror tibi placere, vt illud ſumam vel agam, ideo non propter meam voluntatem, aut delectationem, ſeu reſpectum, ſed propter tuum beneplacitum, implendum, ſumam vel agam, reſignando me ad carendum eo & relinquendum, quoties conſulueris aut volueris.

Quando tentaris delectabile aliquod ſumere, quaſi vtile ad cõfortandum te in ſeruitio Dei,

Si ex Consilio Patris vel proposito statuisti abstinere Dic.

BOne Iesv, Pijssima Virgo Maria, Seraphice Pater. Etsi fortasse hoc delectabile posset me in seruitio tuo confortare, quia tamen cõsuluisti vt ab eo abstinerem (vt proposui) volo propter te libenter abstinere, confidens quod implendo tuum Consilium fortior euadam, quám istud sumendo (vel faciendo) quia non in solo pane viuit homo, sed in obseruatione verbi, quod ex ore tuo procedit.

Sūpturus Recreationē.

BOne Iesv, B. V. M. nisi putarem gratum tibi esse, vt hanc recreationem, seu refocillationē sumā libenter te adiuuante ob amorem tui & imitationem, meique mortificationem abstinerem, sed quia vis, vt illā sumam, ideo volo puré propter te & secundum tuum beneplacitum, non propter me sumere, adiuua me Domine Deus meus.

Modus abnegationis sæpius frequentandus.

Eia charissimum & sumūm bonum meum, en iterum amore tui me & omnia relinquere incipio.

Operandum non ex naturali appetitu vt bruta Sed ex rationis voluntate, ad laudem Dei, & amore eiusdem.

O Deus meus, amator meus, tibi nō mihi comedo, tibi dormio, & patior, propter te, non propter me relinquo me & omnia, da vt tibi etiam moriar.

Sumpturus Pænitentiam aliquam ſenſualitati tuæ contrariam.

BOne Ieſv pro nobis crucifixe, & ſi mea ſenſualitas hanc pænitentiam refugiat, quia tamen conſului, ſti, vt eam impleam, ideò tui amore & imitatione, meipſum abnegans & tibi obediens, volo ſumere, adiuua me vt id, perficiam feruenter, hilariter, & tuis paſſionibus hanc meam crucem adiungens, cõuerte illam ad tuam gloriam.

Si tenteris á talibus pænis consultis, abstinere quod videantur sensualitati tuæ contrariari

Dic.

BOne Iesv, Pijssima Virgo Maria, Etsi fortasse hæc pæna meæ valetudini, aut Spirituali exercitationi, minus conueniat, aut etiam obesse videatur, quia tamen consuluisti, & vis vt eam assumam quamdiu apèrte non obest, & aliter non consulis, ideò tui amore & imitatione meipsum abnegans il-

Iam volo hilariter & fortiter tolerare, certó confidens quod facies cum ea prouentum pro gloria nominis tui.

Si aperté videris tibi pœnam obesse de consilio Superioris, aut interna inspiratione.

BOne Iesv, Beatissima V. Maria, libenter vellem tui amore & imitatione hanc pænam assumere, vt tibi cōformer, fructusq; crucis assequar, sed quia expertus sum eam meo profectui, quem tu desideras, nociuā & minus vtilem, ideò cum

tua licentia vel consilio Patris, propter te abstineo resignans me nihilominus & offerens paratum, ad eam & aliam quamcunq; crucem, amore tui amplectendam, quandocunq; tibi placuerit, obsecrans vt infirmitatem meam adiuues & confortes.

Quando Honor offertur.

BOne Iesv, Pijssima Virgo Maria, vere agnosco me indignum omni honore, laude, imò dignissimum potiús omni confusione, ad quam me cum desiderio resignans, honorem hunc, (quatenus

meæ ſenſualitati arridet) odi, & cum erubeſcentia & auerſione ſuſcipio, quatènus autem propter te mihi offertur, aut me, ad tibi ſeruiendum adiuuat, eatènus inde gaudeo ſicut gauderem, ſi propter te alteri impēderetur, & illum in te, cui ſoli debetur honor, gloria, plenè refundo.

Aduerſitate imminente.

DVlcis Iesv (Pijſſima Virgo Maria, Pater Franciſce) in Vnione illius Charitatis quâ, teipſum obtuliſti in mortem ignominioſiſſimam crucis, offero tibi cor meum

vt de me & per me, in prospe-
ris & aduersis, fiat benepla-
cens voluntas tua.

Quando irrogatur iniuria.

DVlcis Iesv, amore tui, in vnione improperiorũ tuorum volo, hanc, quia dignus sum, aduersitatem sustinere, & eam per cor tuum mansuetissimum tibi offero.

Imploratio auxilij pro sufferentia.

O CHriste Iesv amantissime per cordis tui amari-

tudinem quo pro omnibus omnium grauamina pertulisti, adiuua me vt hanc pressuram sustineam quamdiu tibi placet. Hæc igitur quæ patior offerro tibi per mitissimum cor tuum, vt tu quoque illa pro me offeras Patri tuo, in amore tuo, quo ipsum diligis.

Quando aliqua tribulatio seu infirmitas tibi euenit, cuius causam non agnoscis propter voluntatem Diuinam, Dic.

BOne Iesv, Crucem hanc

de paterna prouidẽtia gratus suscipio, tanquam medicinam Salutarẽ, & occasionem magni lucri spiritualis, & quamdiu ipsa durauerit, volo propter te eam tolerare, vt sic gratum tibi obsequium exhibeam, adiuua me Domine Deus.

Si putas Deo placere, vt remedia ad crucem propellendam á te quæras, vt aptior ad Dei seruitium reddaris, Dic.

BOne Iesv, quia per hanc crucem impedior, á debi-

tis mei ſtatus in tuo ſeruitio & arbitror te velle, vt quæram conuenientia media quibus ab ea liberer, ideò propter te ſolum, volo ea quærere & ſumere; atque in primis obſecro te, Abba Pater potentiſſime, vt ſicut vis, & quando, & qualiter noſti expedire, ad honorem tuum & animæ meæ ſalutẽ, ita ab ea liberer, ijs ſolis medijs quæ tibi placent, ſicq́; omnem meam ſollicitudinem, in te proiiciam, pacẽ cordis retinendo, ſi illa infirmitas perſeuerauerit, ſicut ſi ab ea liberarer.

Quando ex propria culpa. putas te alicui tribulationi causam dedisse Dic.

BOne Iesv agnosco, meâ culpa, hanc tribulationem me incurrisse, quod te offendi, doleo, & obsecro vt eã mihi plenè ignoscas & de tuæ infinito passionis thesauro pro ea tibi satisfacias, & ab hac tribulatione catènus me liberes, quaténus nosti expedire ad honorem tuum & quamdiu durauerit, des mibi in vnione tuarum pas-

ſionum ea tolerare, vt fru-
ctus crucis aſſequar.

Quando iniuria abſque culpa infertur.

BOne Iesv, Pijſſima Virgo Maria, etſi non arbitror me huic famulo tuo occaſionem dediſſe, vt hanc mihi iniuriam irrogaret, ſcio tamen, quia propter alia peccata mea ſum omni pœna & confusione digniſſimus, vnde hanc crucem tua ordinatione mihi immiſſam gratus ſuſcipio & quamdiu durauerit, volo, eam in vnione tuarum iniuriarum to-

lerare, obſecro te vt huic famulo N. per quem me fructuoſé exerces, veniam, gratiam & cognitionem ſui concedas.

Si putas Deo placere vt zelo iuſtitiæ, vel Honoris Dei aut ſalutis tuæ inferentis iniuriã, illatam debito modo propulſet Dic.

BOne Iesv, Piiſſima Virgo Maria, Seraphice Pater, libenter amore tui & imitatione hanc iniuriam paterer abſque vlla mei defenſione,

ſed quia puto expedire ad tuum honorem, & pro zelo iuſtitiæ, vel huius famuli ſalute & emendatione, aut aliorum ædificatione, aut etiam meam, ad tibi ſeruiendum cõmoditatem, vt hanc iniuriam debito modo propulſem, da mihi obſecro vt purè propter te & modo tibi placito, hoc aggrediar, cum integra reſignatione hanc, & quãcunque aliam iniuriam tolerandi quoties, & quamdiu volueris, præſerua me etiam obſecro, ab omni ira, indignatione, odio, amaritudine contra inferentem, ſed da vt ex corde illum amẽ

x ignoſcam, atque tibi eum commendem.

Quando tentatione moleſtaris importuna.

O Benigniſſime Pater, qui intima cordium intueris, tu ſcis Domine quam lubens tibi animam meam puram (& omnium fidelium) offerrem ſi poſſem, nunc verò multis vndique, ac immundis cogitationum ſordibus, vaſculum animæ meæ eſt refertum, illud ipſum tamen offero tibi ad gloriam tuam, ſi melius haberem, melius vtique offerrẽ. Propterea rogo,

vt illud tuo precioso Sanguine prius mundare digneris, vt tuas Diuinas inspirationes suscipere atque tibi placere possit.

Resignatio in tentatione.

DOmine IEsv si tibi placet, vt abominabilis & immundus ego peccator ab illis etiam immundis tentationibus contra voluntatē meam impugner, fiat uoluntas tua. In vnione itaque resignationis tuæ quâ te Patri obtulisti ad mortem, ego quoque me tibi resigno, quæcunq; tu vis me pati & tentari quo-

modo & quam diu tibi placuerit Domine Deus meus in virtute tua cuſtodi me vt ad mortem vſque nulli peccato conſentiam, vt omnis mihi tentatio augeat gratiã tuam & nulla ſit ad ruinam.

Quando malas Suggeſtiones ſentis Dic.

DOmine Deus meus, quoties cunque maligna cogitatio mihi ingeritur, toties te adoro, & toties pro illis laudes illas ſuauiſſimas, omniũ Angelorũ & electorũ tuorũ offero, & remitto tibi, & præcipuè eas quas Spiritꝰ ille re-

Probus qui mihi talia sugg-rit, nunc tibi caneret, si in bono perstitisset: vt vel ho modo in tui laude illius vice expleam.

Transeundo Patrem Spiritualem vel Superiorem cógita.

O Amabilis ac Vn̄de Pater. Ego commendo me tibi & per te Deo in visceribus Charitatis IEsv Christi. Vel. Faciat me Deus participem, mortificationis, laborum, & orationum tuarum.

Quando tentaris aliquo Crimine Dic.

actione. Reflexione ad se, seu confusione; Petitione & Oblatione: hîc breuitati studendo, vnum punctum adiicere libuit, cætera facile sedulus proficiens, per se supplebit.

Quando induimur.

QVi vicerit, vestietur vestimentis albis. Apoc. 3.

Considera. Quomodo per peccatum expositi sumus iniurijs cæli, Dominus verò nuditati corporis nostri & miseriæ cõsulendo, dedit & corporis indumenta, & vt crimina nostra expiaret nudus

in ligno Crucis Spiritum Patri clementissimo tradidit.

Gratias age, pro beneficio.

Pete. Vestimenta virtutum & meritorum.

Quando Lauamur.

CHristus dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Apoc. 1.

Considerabimus.

Deũ esse munditiei amatorem, qui vt nos ab immundicijs peccatorũ lauaret, præparauit nobis balneum ex sanguine suo.

Gratias agere.

Pete. Mundiciem cordis.

Ad egressum Domus.

VIas tuas Domine demonstra mihi. Psal. 24.

Considera. Quomodo egrediens Dei filius é sẽpiterno suo habitaculo, id est è sinu æterni Patris, venit in mundum, & familiariter conuersatus cum hominibus fuit.

Offer Deo Singulos passus, quos facturus es ad gloriam eius.

Quando per Plateas incedimus.

PEr vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Can. 5.

Conſidera. Quomodo ChriſtusDominus, noſtræ ſalutis amator, per plateas ciuitatis Hieroſolymitanæ catenis vinctus; á iudice ad iudicem trahebatur.

Confundaris. Conſiderando qua alacritate viã, perditionis perãbulaueris, & iam ab inferno abſorptus fuiſses, niſiDominus eruiſſet te.

Quando pulchrum intuemur.

Pulchitudo agri mecum est Psal, 29.

Gratias age Ei, qui, quã uis nullius rei necessitatẽ pateretur impertit⁹ est nihilominùs Esse, & pulchritudinem creaturis suis.

Petemus Vt nobis interiorem animæ decorem, quo peccatum nos spoliauit restituat.

Quando deforme conspicimus.

Abominatio est Deo cor prauum, Prouerb. 11.

Considera Diuinæ

volũtatis eſſe, vt in hoc mũdo pulchris deformia iungantur, vt ex collatione vtrorumque patefieret differentia, quæ eſt inter virtutẽ & vitium.

Roga virtutem

Vt illam ampleƈtaris, quæ exornat animam. Vitium deteſteris, quia Deo diſplicet & animam fædat.

Quando Proſperitas obtigerit.

Proſperitas ſtultorum perdet illos Prouerb. 1.

Euolue mente

Quám exigua fiducia nobis ſit collocanda in proſperitatibus huius vitæ, in qua frequenter gaudium, conuertitur in dolorem.

Roga Dominum

Vt te manu ſua ſuſtentet, ne te proſperitas huius ſæculi á Deo ſeparet.

Quãdo Aduerſitate premimur.

Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua vera Iob. 9.

Conſidera Dominũ aduerſitatibus præſentis vitæ, nos erudire, vt amorem noſtrum á rebus huius mun-

di transferamus, neq; de hoc exilio, patriam constituamus.

Ora opem Vt costāti animo aduersitatem feras.

Quando è creaturis voluptatem percipimus.

Memor fui Dei, & delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. Psal. 103.

Considera. Deum per illud, quod nos voluptate afficit, nobis abblandiri. Considera etiam quàm diuersæ ab his sint deliciæ & voluptates illæ quibus bea-

torum animæ in cælis perfruuntur, qui immersi sunt omniũ voluptatum torrenti, videlicet Deo.

Petemus. Vt nos participes efficiat veræ delectationis, quæ in ipso existit.

Quando dolore cruciamur.

Hæc mihi consolatio sit vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicã sermonibus Sancti. Iob 6.

Considera. Acerbissimos dolores quos in passione sua pertulit Christus tùm

illos quos damnati sine spe liberationis patiuntur, simulque postulabimus á Domino Crucis suæ amorem, animis nostris instillari, qui nos faciat sponte amplecti quantamuis acerbitatem, & vndecunq; venientem.

Quãdo Honor offertur.

Nimis honorati sunt amici tui Deus. Psal. 138.

Considera. Fugaces esse honores huius mundi, obtestabimurq; Dominum, vt cor nostrum non patiatur in honoribus huius mundi figere, sed faciat solidum honorem quærere qui in hoc

consistit, vt maiestati eius famulemur, & ei placeamus.

Quando Ludibrio habemur.

Nolite timere opprobrium hominum. Isai. 51.

Considera. Christũ Dominum, quamuis esset gloria Angelorum, cui immens⁹ honor debebatur tẽpore passionis ludibrio habitum, simulq; rogabimus vt nobis tribuat gratiam, tranquillo animo hoc ludibrium tolerandi.

Quando Laudamur.

Fortitudo & laus mea Dominus. Psal. 117.

Considera. Quidquid in nobis est, vnde laudibus meritò ornari possemus, id Dei esse, simulque erubescemus, considerando scelera, quæ in Deum nequiter admisimus, pro quibus non laudem, sed summam confusionem promeremur.

Quando Reprehendimur.

Deo nostro iustitia, nobis autem confusio faciei nostræ. Bar. 1.

Considera. CHristum

ſtum, etſi neminem haberet innocentiâ parem, nihilominùs maledictis impetitum fuiſſe. Petemus vt nos illuſtret cognitione noſtrorum defectuum, vtque placidè hominum probra ſuſtineamus.

Quando bonum exemplum videmus.

Honor & pax omni facienti bonum. Rom. 2.

Conſidera. DEVM operari in nobis velle bonũ & idem poſſe opere perficere, & nihilominùs tantæ eſt liberalitatis erga creaturas

suas, vt munera, sua merita nostra constituat.

Gratias refer pro gratia concessa fratri, ad illud bonum exequendum.

Quando malum Exemplum videmus.

Declina á malo, & fac bonum' Psal. 16.

Dabimus operam

Vt quantùm licebit, proximum nostrum excusemus, vel intentionem saluando, si ipsũ opus culpa liberari nequeat. Vel cogitandum ipsũ ex infirmitate, vel graui aliqua tentatione superatum il-

lud perpetrasse, iamq; ad delicti cognitionẽ peruenisse.

Gratias habebimus Deo quia nos præseruat, ne in eadem & grauia incidamus.

Quando Diuitem hominem cernis.

Diuitiæ salutis, sapientia, timor Domini, ipse est thesaurus eius. Isa. 33.

Considera Quàm parui pendendæ sunt diuitiæ, honores, ac dignitates præsentis vitæ, cũ mors omnia hæc finiat, & vnum hominem alteri coæquet.

Expendemus etiam quod

veræ sunt diuitiæ virtutes, & placere Deo, Cui seruire, regnare est.

Quando pauperem videmus.

Qui despicit pauperem, exprobrat factori. Prou. 14.

Considera. CHRIstum Dominum Sapientiam Patris, paupertatem in vita sua dilexisse atque illam sibimet elegisse. Erubescemus simul, considerando quanta tolerent homines, vt á se paupertatem propulsent, nos verò vix pedem mouemus pro acquerendis æternis bonis.

Quando videmus infirmum.

Non pigeat visitare infirmũ ex ijs enim in dilectione firmaberis. Eccle. 7.

Considera Infirmitates esse fructus peccati. Expendemus propterea ijsdem infirmitatibus nos instruere, quantùm horreat omne peccatum, & quantò seueriús in illud post mortẽ animaduersurus sit, si in præsenti vita, quæ misericordiæ tempus est, tàmseuerè illud punit.

Quando Superioribus astamus.

Non est potestas nisi à Deo, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Hebr 13.

Considera. In Superioribus nostris Deum cuius vices agunt, ideoq; coram ipsis stabimus, nõ aliter, ac si coram Christo consisteremus, eorumq; sermones non secus ac Christi auscultabimus. Erubescemus simul ob exiguam obedientiam & reuerentiam, quam Deo atque Superioribus locum eius tenentibus, detulimus.

Quando cum Æquali conuersamur.

Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore præuenientes. Rom. 12.

Confidera. Nos omnes esse vnius corporis mẽbra. & perpetuo nos mutuò diligere;& adiuuare, debere, quia maximam inter vnius corporis membra concordiam cernimus. Rogabimus etiam vt veram nobis charitatem largiatur, quâ inter nos, & cumcapite nostro Iesv Christo, per verum amorem, semper vniti maneamus.

Quando cum subditis sumus.

Quantò maior es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Eccl. 3.

Considera. Nos etiam quamuis alijs Superiores simus, tamen Deum habere qui á nobis aliquãdo seuerã rationem repetiturus est, quomodo subditos rexerimus, quidquid enim illis per nostram negligentiam defuerit, hoc á nobis exigetur.

Quando Lassi Sumus.

Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Isai 43.

Considera Christũ Dominum, sæpè nostri causa, cum in terris viueret fatigatum esse, speciatim in sua passione, in qua propter laborem & ingentem agoniam animæ, sanguinem sudauit. Erubescemus etiam nostram tepiditatem, considerando quod minimi labores qui se nobis offerunt, in Diuino seruitio nobis intollerabiles videntur.

Quando iter facimus seu ambulamus.

Circuibat Ieſvs omnes Ciui tates & caſtella docens & cu rans omnes lãguores Mat. 9.

Conſidera. Itinera quæ Chriſtus cum peregrinaretur in hoc mundo confecit vt vbiq; deperditam ouem inquireret, & bonitatis ſuæ veſtigia relinqueret Obteſtabimur Deum, vt ſit nobis dux in via quam ambulamus, noſq; à periculis quæque ſe offerunt, in huius vitæ peregrinatione, eripiat,

Quando Reuertimur.

Eſto mihi in Deum protectorem

ctorem & in domum refugij Psal. 30.

Rogabimus. Deum, vt nos ad æternam illam habitationem, quam electis suis præparauit, perducat. Et quamdiu in præsenti vita viuimus, in domo Ecclesiæ suæ conseruet, gratiamque suam nobis largiatur, tali cum vitæ integritate & sanctimonia commorandi, qualem talis Domini domum decet.

Quando Sedemus.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sedeo in

throno cum Patre meo Apoc. 3.

Confidera. Christũ Dominum, vt ad requiem & gloriam quâ gaudet perueniret, per multos labores & sudores prius transiuisse. Itidem gratias agemus pro illis sedibus quas fidelibus seruis suis, in cælis præparauit.

Quando Stamus.

Qui se existimat stare, videat ne cadat. 1. Cor. 16.

Offeremus nos Deo in seruos, parati stabimus ad omnia, si quæ illi

præcipere placuerit nobis perficienda, simul cum innumerabili illa multitudine cælestium Spirituum, coram ipso semper assistente, & ad omne ipsius beneplacitum promptissima.

Quando Horologium Sonat.

Hora est iam nos de somno surgere. Rom. 13.

Considera. Vitam nostram cursore velociùs pertransire, nec vel vno, tẽporis momento stare.

Cogitabimus etiam, nos iam minus vna hora habere

de vita, & vna hora morti propinquiores factos.

Quando Esurimus.

Non esurient neque sitient amplius. Apoc. 3.

Gratias age. Quod Christus Dominus factus est cibus noster, vt animarum nostrarum famem expleret, quodque fame quam nostri amore tolerauit, æternam satietatem nobis promeruit.

Quando Sitimus.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente

voluptatis potabis eos. Psal. 35.

Gratias agemus.

ChristoDomino, quod constituerit se fontem aquæ viuæ, vt sitim nostram Spiritualem sedaret, quodque ad hanc aquam omnes inuitet nec quenquam, vti par est illam quærentem, ab ea repellat.

Quando Laboremus.

Bonorum meorum gloriosus finis Sap. 3.

Considera. Sententiam in parentes nostros, á Deo post mandati sui trans-

greſſionem latam, quod nimirum in ſudore vultus ſui veſcituri eſſent pane ſuo.

Adhæc Conſidera Chriſtū Dominum, vſque ad ſudorē Sanguineum laboraſse, vt nobis gratiæ ſuæ panem, lucri faceret.

Quando Eccleſiam tranſimus.

Verè Dominus eſt in loco Sancto iſto, non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta Cæli. Gen: 28

Conſidera. Dei bonitatē quomodo abſceſſurus à nobis, ſemetipſum in San-

Gratias agamus.

Quod imagines in Ecclesia sua esse voluerit, partim ad nostræ obliuionis remediũ solatiũq́; nostrũ, partĩ vt essent veluti liber apertus, in quo illi etiã qui literas ignorant, legere virtutes & passiones Sanctorum possent.

Quando Contraria nobis eueniunt.

Num Dei possumus resistere voluntati? Gen. 50.

Considera, DEUM ineffabili prouidentia sua omnia ordinare, illiusq́; vias

& iudicia sanctissima esse quamuis nos lateant.

Ideoque Diuinæ ordinationi, in omni euentu conformari studeamus.

Quando Defunctum conspicimus.

O Mors quàm amara est memoria tui, homini pacem habenti in substantijs suis? Eccl: 42.

Gratias agemus.

Quod eo vsq; nos misericorditer, ad conuersionem expectet.

Offeremus etiam Deo Patri, mortem vnigeniti Filij

ctissimo Eucharistiæ Sacramento præsentem reliquerit Templaque voluerit esse inquibus Sanctissimum Sacramentum asseruaretur, quæque nobis essent, veluti loca refugij, ad quæ in omnibus nostris necessitatibus refugium haberemus; Diuinam eius opem implorando.

Quando Sanctissimo Sacramento occurrimus:

Ecce ego requiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum. Eze. 34.

Considera. Dei bonitatem qui non contentus

in mundum venisse & inter homines vixisse, illosq; doctrina & exemplo suo instruxisse, etiam gloriosus ad dexteram Patris sedens, inter homines, in Sanctissimo Sacramento morari dignatur, atque illos visitat, ædesq; ipsorum ingreditur, vt dona sua illis conferat.

Gratias age. Confundere, Pete, & teipsum offer.

Quando Imaginem piam transimus.

Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo qui percussus eum aspexerit viuet. Num. 21.

iui, vt per merita eius vitam nostram reformet, nosque ad felicem mortem disponat, defunctoq; requiem donet

Quando pluit.

Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Math. 5.

Gratias agemus,

Pro huius pluuiæ beneficio, & pro Spirituali gratiæ doctrinæ, & inspirationum sanctarũ pluuia, quâ animas nostras irrigans, virtutũ & bonorum operum fructus, eas progerminare facit.

Quando Tempeſtas excitatur.

Spiritus procellarum faciunt verbum eius. Pſ. 148.

Conſidera. Horrendam illam tempeſtatem, & omnium elementorũ alterationem, quæ diem iudicij anteceſſura eſt, per quã Deus ſignificabit quàm terribile ſit iudicium futurum, quod paulò poſt exerciturus erit.

Quando Solem aſpicimus.

Dominus fecit Solem in pote

potestatem diei, & lunam in potestatem noctis. Psal. 135.

Gratias agemus.

Pro insigni hoc beneficio, quo nos ornat, tam excellenti lapide materiali, simulque pro luce interiore, tùm fidei quâ nobis veram cognitionem suæ Diuinæ maiestatis mysteriorumque cælestium præstat, tùm gratiæ, quâ fugat ab animabus nostris tenebras peccatorum illasque Sole splendidiores reddit.

Quando Cælum intuemur.

Dominus in cælo parauit sedem suam Psalmo 102.

Gratias agemus.

Quod nobis præparauerit palatium tam magnificum & spatiosum. Nam si illud, á longinquo & exteri⁹ inspectum, stupendæ pulchritudinis est, quantæ erit quæso intrinsecus, quam pulchritudinem, non nisi oculi beatorum intuebuntur.

Quando Ignem conspicimus.

Devs noster ignis consumēs est. Hebr. 12.

Conſidera. Quantò terribilior ſit ignis Inferni, in cuius comparatione, ignis hic eſt, veluti ignis pictus.

Conſidera, Deum proptereà ignem conſumentẽ eſſe, & Chriſtum veniſſe ignem mittere in terram & aliud non velle, quám vt ille in cordibus noſtris, propulſata omni ab ijs frigiditate ſuccendatur. Roga vt eundẽ accedant in cordib⁹ noſtris.

Quando Aquam cernimus.

Ego ſitienti dabo fontem aquæ viuæ gratis Apoc. 21.

Rogabimus. Dominum, vt aqua gratiæ ſuæ nos abluat & refrigeret; largiaturque nobis aquam lachrymarum, quâ ſordes, quibus peccata animas noſtras ſordidarunt eluamus,

Quando Campos intuemur.

Diligenter exerce agrum tuum. Prou. 24.

Erubeſcemus. Cōſiderando quoties Dominicum ſemen in agro animæ noſtræ perierit, nec vllum fructum attulerit, vel quod

nimis lapidosus esset propter duritiē suam, vel quod deuotionis humore careret, vel quod spinis, hoc est immodica rerum terrenarum sollicitudine atque affectione, plenus esset,

Quando Montes conspicimus.

Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco Sancto eius. Psal: 13.

Rogabimus. DOminum, vt nos ad montem illum, quem cum Sanctis suis inhabitat perducat, claraque sui visione satiet vbi

dilectas ſibi oues paſcuis æternis reficit.

Quando Arbores cernimus.

Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum Pſalmo 1.

Conſidera. Arborē illam vitæ, de qua Sancti in cælis manducant, Chriſtum videlicet Crucifixum, cuius fructus, ab æterna morte nos liberat, & æternam vitā nobis confert.

Quando Flores conſpicimus.

Omnis Caro fænum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Iſai. 40.

Rogabimus Dominum, Vt virtutum flores, quos extirpaueram' in animabus noſtris reparet, & gratiam nobis conferat, vt ſimus bonus odor Chriſti, in omni loco, tale de nobis exẽplum præbendo, quale ad verũ diſcipulũ Chrſti ſpectat.

Quando Aues conſpicimus.

Venatione cæperunt me quaſi auem, inimici mei. Tren. 3.

Considera. CHristum Dominum de cælis in terram volasse, & á terra in cælos, atq; secum duxisse filios suos, eo vsq; in limbo detentos, & veluti Pelicanum pectus suum reserasse, vt pullos suos proprio sanguine suo viuificaret, ac veluti gallinam, eosdem sub alas suas congregasse atque ab infernali miluo defendisse.

Quando alia Animantia conspicimus

Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Psal, 31.

Considera. Etiam post peccatum nobis omnia quodammodo seruire, nec illis quidem, quæ inutilia & venenosa esse videntur, exceptis.

Offeremus nos etiam Diuinæ maiestati suæ, vt nos tāquam iumenta ducat quocunque illi collibuerit, sine vlla, ex parte nostri, resistētia.

Quando Auium cantum seu Musicam audimus.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena. Psal. 136.

Considera. Cantica nostra in hac lachrymarũ valle, debere esse planctus pro peccatis.

Precabi[illegible]urque Deum, vt gratiam suam nobis largiatur, quo ei gratam musicam in animabus nostris concinamus, strepitu, quem passiones in eis efficiunt, exterminato.

Quandò sonitum Campanarũ, Tubarũq; clangorem audimus.

Dies illa dies nebulæ & turbinis dies, tubæ & clangoris Soph. 1,

Precabimur. Dominum, vt faciat ſemper tubam illam terribilem, quæ mortuos excitatura eſt, in auribus noſtris reſonare, vt vita noſtra, ſit cõtinua quædam, ad diem iudicij præparatio.

Quando nos Exuimus ad Dormiendum.

Nudus egreſſus ſum de vtero, nudus reuertar. Iob. 1.

Precabimur. Dominum, vt veteri Adamo & moribus eius nos ſpoliet, & nouo ac virtutibus eius nos

vestiti meritis & virtutibus, vnigeniti Filij eius, nos in numerum Sanctorum admittat.

Quando Lectum conscendimus.

Coangustatum est stratum ita vt alter decidat.
Isai: 48.

Considera. Quàm tristis & durus lectus fuerit Crux, Christo Domino. Considera præterea, nos aliquando collocandos esse in sepuchro, ideòque cum lectum discooperimus, expen-

demus quomodo ſepulchrũ nobis aperietur; quando conſcendimus, quomodo collocaturi ſumus in ſepulchro, quando denique lecti ſtragulis nos tegimus, quomodo terra nos obruet, atque teget.

Dum Obdormimus.

Ego dormio & cor meum vigilat, Cant. 5.

Conſidera. Quàm ſæpè ſomno indulſerimus exiſtentes in ſtatu peccati mortalis, nec tantum periculum exhorruerimus, quia ſi Deus tunc diabolo pote-

ſtatẽ dediſſet, nos (vti merebamur) ſuffocandi, excitati in inferno, conſtituti fuiſſemus.

Quando Noctu excitamur.

Memor fui nocte nominis tui Domine. Pſal. 118.

Conſidera. Quoties Chriſti ſomnus interruptus fuerit, propter cõtinuas cogitatones, quibus de noſtra ſalute anxius erat. Simulq́; conſidera, quám profundus fuerit ſomnus, cordis noſtri, cùm plurimum temporis, ſine Dei memoria transegerimus. Exei

EXERCITIA QVACVNQVE HOra, etiã noctis deuotionem excitantia.

NOn longè est Dominus Devs noster ab vno quoque nostrum, in ipso enim mouemur & sumus Act. 17.

Considera. Devm nobis largiri Esse, & vitam nosque ab illo dependere, multò plus, quam radios solares á sole, nam si nos relinqueret, rediremus in nihilum, de quo assumpti sumus.

Aliud.

Eduxisti ab inferno animã meam, saluasti me á descendentibus in lacum. Psal. 29.

Considera. Omnibus ferè momentis Devm nos ab inferno liberare, quia si voluntati inimicorũ nostrorum nos permitteret, singulis momentis peccare possemus, & propter peccata iustè ad inferni pænas cõdemnari.

Aliud ad idem propositum.

Obseruasti semitas meas,

& vestigia pedum meorum considerasti. Iob, 13.

Considera. Oculos Domini continuo in nos esse intentos, expendemus impudentiam nostram, quod coram oculis Dei, qui terram respiciens facit eã tremere, peccare ausi sumus.

De Virtute Fidei.

Sine fide, impossibile est placere Deo. Heb. 11.

Considera. Quàm sint certa fide quæ credimus, quandoquidem reuelationi innituntur. Deus autem pri

na & æterna veritas est, quæ neque falli neque fallere potest. Prius cælum terra & totus mundus transibunt, quám iota vnum, aut vnus apex, ex his quæ Devs reuelauit, non impleatur.

De Virtute Spei.

In te Domine speraui, non Confundar in æternum Psal. 30.

Iob. Etiamsi me occiderit, in ipso sperabo.

Considera. Quàm secura sit spes Christianorũ, cùm in Dei, qui fidelissimus est, promissionibus innitatur

ac proinde quemadmodum fieri non poteſt, vt Devs deficiat, ita fieri non poteſt, vt verba ipſius, re ipſa, non perficiantur.

De Charitate Dei.

QVid mihi in cælo, & á te quid volui ſuper terram, Devs cordis mei & pars mea Deus, in æternum.

Gratias. Agemus Deo, quod non tantum facultatem nobis tribuat, ſed etiam iubeat, vt eum diligamus. cũ tamen amor noſter nullius momenti ſit. Itidem gratias agemus quod factus

ſit theſaurus, beatitudo, & omne bonum noſtrum, ne in alio quàm in ipſo amorē noſtrum collocaremus.

De Humilitate.

DIſcite á me quia mitis ſum, & humilis corde. Matt. 11.

Conſidera. QVantùm placeat Deo hæc virtus, cùm ſpecialiùs huius virtutis, magiſter, Chriſtus verbo, & exemplo, eſſe voluerit, Præterea quàm benè conueniat hæc virtus homini cùm nihil ſit, niſi puluis, imò merum nihil.

De Paupertate Spiritus.

NOn in finem erit obliuio pauperis. Psal 9.

Gratias agemus Domino Deo, quod cùm ex se ditissimus fuerit, pro nobis pauper fieri voluerit, túm vt inopiam nostram ditaret, túm vt instrueret quā magnum sit huius virtutis pretium quæ ipsiùs Dei hæres efficitur, qui se constituit hæreditatem, & præmium pauperum Spiritu.

De Obedientia.

VIr obediens loquetur victorias. Prouerb. 21.

Rogabimus Dominum. Vt perfectam nobis Obedientiam largiatur, quâ, non tantùm mandatis ipsius obtemperemus, sed etiam consilijs, inspirationibus, absque repugnantia, sub iecti simus. Et propter illā etiam iussis Superiorum sine vlla excusatione, non solùm opere, sed etiam hilari vultu, animo, & iudicio humili obtemperemus.

De Patientia.

IN patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc. 21.

Considera. Dignitatem huius virtutis, quando quidem anima per ipsam possidetur, quam, impatiens omni hora perdit, partìm propter inquietudinem intrinsecam, tùm propter alias multas occasiones, quæ singulis momentis se offerunt, inter quas, vix fieri potest, vt nos sine offensa Dei conseruemus, nisi scuto patientiæ protegamur.

De Castitate.

OMnis ponderatio non est condigna, continẽtis animæ Eccl. 25.

Considera. QVàm speciosa & nobilis sit hæc virtus Castitatis, quæ Angelis nos similes reddit, & quàm est, è contrario, turpe ac vilè vitium Luxuriæ, quod bestijs nos similes constituit.

De Abstinentia.

QVi abstinens est adijciet vitam Eccl: 37.

Considera. QVàm necessaria est, excellensque

hæc virtus cùm ſit Mater Caſtitatis, ſocia Orationis, vnica ad Deum precandum præparatio, ac denique animæ & corporis ſuauitas.

Ad excitandum feruorem.

QVia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Apoc. 4.

Conſidera. QVid Devs meretur, quidque illi nos debeamus, ac proinde quàm turpè, ac rationi rectæ contrarium ſit, nos huic Domino negligenter deſer-

uire. Rogabimusque vt nobis donet deuotionis feruorem, quo ex cordibus noſtris frigiditatem pellamus, & omnia impedimenta, in Diuino ſeruitio occurrētia, ſuperemus.

Quando ad Horas ſignum datur.

VOx dilecti mei pulſantis, ſurge propera amica mea. Cant. 5.

Conſidera. QVod Devs nos vocet ad ſe laudandum, non ſuæ cauſâ vtilitatis, quia noſtris laudibus &

ſeruitijs non indiget, ſed vt ipſum laudando animas noſtras ditemus. Gratias agemus quod á nobis officium Angelorum, in terris exerceri voluerit.

*

Ad M. D. G.
Bq; V. M. H.

POSNANIÆ,

In Officina Ioannis Wolrabi. Anno Domini. 1626.